βεβρωκότες] Aristophanes apud Athenæum 9. p. 367. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥῆμά τι εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενον, ἢ λευκοὺς ἅλας; Philocles autem fuit malus poeta; noster in Thesm. 168. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ. BERG.

463—470. choro tribuit Brunckius, libri hemichorio.

463. αὐτὰ δῆλα] Scribendum αὐτόδηλα. Quo composito utitur Æschylus Sept. c. Th. 846. τάδ' αὐτόδηλα. Monuit L. Dindorfius ad Thesaurum Stephani vol. 2. p. 1062.

465. ἐλάμβαν' R. Legebatur ἐλάνθαν'. Ceterum quum parum apta sit γε particula, ὡς λάθρᾳ γ' ἐλάμβαν' ὑπιοῦσά με, sic potius scribendum videtur ὡς λάθρᾳ 'λάμβαν' ὑπιοῦσά με. Cum λάθρᾳ—ὑπιοῦσα comparandum quod Sophocles dixit Œdip. T. 386. λάθρᾳ μ' ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται.

466. πόνῳ πονηρὲ] πονωπόνηρε Ald. Vid. Lys. 350.

κομηταμυνία] κομήτης dicitur homo superbus, ut in proverbio, οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται. Amynias autem erat talis; hinc infra etiam v. 1259. Ἀμυνίας ὁ Σέλλου οὑκ τῶν κρωβύλου. BERG.

472. ἔλθοιμεν V. Legebatur ἔλθωμεν. Eurip. Alcest. 52. ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις ἐς γῆρας μόλοι;

474. σοὶ λόγους] Videtur σοὺς λόγους scripsisse.

ἐρῶν] Legebatur ἐραστὰ, consentiente Suida in ἄκουρος et μισόδημος.

475. καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ] Ita solebant calumniatores statim fingere aliquem conspirare cum Lacedæmoniis; in Pace 939. αἰτίας ἂν προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. Erat autem Brasidas celebris strategus Lacedæmoniorum. BERG.

κράσπεδα στεμμάτων] Scholiasta exponit ἀντὶ τοῦ ἐξ ἐρίου, dicitque illud gestamen fuisse Laconum. Hoc ergo etiam signum erit Bdelycleonem λακωνίζειν cum ceteris. BERG.

480. ΧΟΡΟΣ] ἡμι[χ] R.

οὐδ' ἐν σελίνῳ—οὐδ' ἐν πηγάνῳ] *Ne in apio rutave res est adhuc*, proverbium est in eos qui nondum initium rei attigerunt: sumta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Horum olim ambitus apio vel ruta conserebatur, quam qui nondum præteriissent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. BRUNCK.

σοὐστὶν V. Vulgo που 'στίν.

481. τῶν τριχοινίκων ἐπῶν] Sic ῥῆμα μυριάμφορον in Pace 520. BERG. Vilia et inepta dicta Archippi notari visa sunt scholiastæ.

483. ταὐτὰ ταῦτα Berglerus. Legebatur ταῦτα ταῦτα. In R. est ταῦτα ταυτά, in Γ. solum ταῦτα.

484. ἆρ' ἂν ὦ R. Legebatur ἆρά γ' ἄν.

μου] μοι R.V.

485. δέρεσθαι καὶ δέρειν] Sic δάκνειν καὶ δάκνεσθαι in Ranis 861. BERG.

487. ὧδ' addidit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 200.

488. ὑμῖν] Scribendum ἡμῖν cum R.V.

τυραννίς ἐστι καὶ ξυνωμόται] Athenienses memores eorum, quæ sub tyrannide Pisistratidarum respublica esset passa, semper cavebant ne iterum aliquando exsisteret aliquis tyrannus

Athenis: hinc etiam si quid insoliti in urbe accideret, statim suspicionem de dissolvendo populari eorum statu et de instituenda tyrannide in promtu habebant. Sic quum Hermæ fuissent mutilati et mysteria profanata tempore Alcibiadis, tyrannidis causa id factum putabant: *καὶ πάντα αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπράχθαι*, ut dicit Thucydides 6, 27. Sic quum parietum perfossores ærarium aperuissent: item quum remi furto essent ablati, ut ait Demosthenes de Syntaxi [p. 176.] reprehendens hanc suspicacitatem: *ἀνέῳξάν τινες πρώην δήπου τὸ ὀπισθόδομον· οὐκοῦν οἱ παριόντες ἅπαντες τὸν δῆμον καταλελῦσθαι, τοὺς νόμους οὐκέτ' εἶναι, τοιαῦτ' ἔλεγον. καί τοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοπεῖτε ἂν ἀληθῆ λέγω· οἱ μὲν ταῦτα ποιοῦντες ἄξια ἐποίουν θανάτου, ὁ δὲ δῆμος οὐ διὰ τοῦτο καταλύεται. πάλιν κώπας τις ὑφείλετο· μαστιγοῦν, στρεβλοῦν, πάντες ἐβόων, λέγοντες καταλύεσθαι τὸν δῆμον. ἐγὼ δὲ, τί φημι; τὸν μὲν ὑφαιρούμενον θανάτου ποιεῖν ἄξια, ὥσπερ ἐκεῖνοι· τὸν δῆμον δ' οὐ διὰ τούτων καταλύεσθαι.* Comicus ridiculas causas suspicionum comminiscitur. BERG.

490. *οὐδὲ πεντήκοντ' ἐτῶν*] Numerum rotundum ponit. Nam triginta quinque anni erant dicendi, siquidem ex Thucydide (1, 107.) constat homines oligarchicos res novas esse molitos olymp. 80, 3. De quo dixit Meierus in libro de bonis damnatorum p. 4.

493. *ὀρφὼς* reposui ex Athenæo 7. p. 315 c. Scribebatur *ὀρφῶς*. *ὀρφοὺς* in codicibus quibusdam lectum memorat scholiasta.

495. *ἔοιχ'* R.V. Vulgo *ἔοικ'*.

ἄνθρωπος] Libri *ἄνθρωπος*.

496. *τις* Brunckius. Libri *ταῖς*.

ἥδυσμά τι] Fuit qui *ἡδύσματα* conjiceret. Equit. 678. *ἔπειτα ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα.*

501. *ὅτι*] Malim *ὅτε*.

κελητίσαι] Equitare significat et certare singulari equo; transfertur autem ad obscœna, estque *σχῆμα συνουσίας*. In Pace 900. *ἱπποδρομίαν ἄξετε· ἡνίκα δὲ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ.* ubi ambæ significationes miscentur. Vide notam sequentem. BERG.

502. *τὴν Ἱππίου τυραννίδα*] Hippias tyrannus nomen habuit ab equis, *ἀπὸ τῶν ἵππων*. Xanthias autem jusserat meretricem

κελητίσαι, quod, ut dixi, ab equitatione transfertur ad obscœna: ut et verbum ἱππάζεσθαι, quamvis rarius, ut in Machonis iambis apud Athenæum 13. p. 581. κατεσχόλαζε τῆς Γναθαινίου λέγων, ἑτέρῳ τρόπῳ μὲν συγγενέσθαι μηδενὶ, ἑξῆς καθιππᾶσθαι δ' ὑπ' αὐτῆς πεντάκις. Describit rem Horat. Sat. 2, 7, 50. *clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.* Ab ista igitur equitatione festive dicit meretricem suspicatam esse, Xanthiam tyrannidem, qualis erat Hippiæ moliri. BERG.

503. ἡδέα εἰ καὶ R.V. ἡδέα γ' εἰ καὶ Δ. ἡδέα καὶ Γ. ἡδέα γε καὶ Ald.

504. ὅτι ex Suida (in εἰ καὶ) repositum. Libri omnes ὁτιὴ, consentiente Suida in ὀρθοφοιτο—. ὅτιὴ V.

505. ὀρθροφοιτοσ— Florens Christianus ex scholiasta. Libri et Suidas ὀρθοφοιτοσ—. ὀρθοσ—V.

506. Morychum poetam tragicum fuisse vulgaris est opinio, cujus ego meliorem auctorem desidero quam, qui afferri solet, scholiastam ad Acharn. v. 887. qui ita scribit, ὁ Μόρυχος ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ κωμῳδεῖται. ἦν δὲ καὶ τῶν ἡδέως βιούντων. τραγῳδίας δὲ ποιητὴς οὗτος. Quæ si quis cum annotatione scholiastæ ad Pacis v. 1008. comparaverit, facile intelliget Morychum grammatici errore cum Melanthio, poeta tragico, fuisse confusum.

507. τυραννικά V. et Suidas in εἰ καὶ νῦν et ξυνωμότης. Vulgo τυραννίδα.

508. ὀρνίθων γάλα] Notum proverbium de rebus quæ ob raritatem in pretio sunt. Noster in Avib. 1672. ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα. Vide et infra v. 732. BERG.

510. ἐγχέλεσιν ex Athenæo 7. p. 299 c. repositum. Vulgo ἐγχέλυσιν consentiente Suida in λοπὰς et οὐδὲ χαίρω et grammatico Naniano p. 492.

511. δικίδιον φάγοιμ' ἂν] Infra v. 1367. ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην. BERG.

πεπνιγμένον] κρέα πεπνιγμένα et πνικτὰ sunt quæ in vase obturato coquuntur et simul torrentur in vapore et proprio succo: vide Athenæum 9. p. 396. ubi hic locus citatur. Vocat autem δικίδιον πεπνιγμένον metaphorice, quia in judiciis innocentes sæpe misere vexarentur et pene enecarentur. BERG. πεπηγμένον R.

513. εἰθίσθης] Nempe injustis condemnationibus. Quæ autem hic ad Philocleonem dicit et de eo, illa de plebe Atheniensi

accipienda sunt; hæc enim gaudet foro et sycophantas atque rhetoras fovet. BERG.

514. *οἴομαί σ'* R.Γ. *οἶμαί σ'* V. *σ' οἴομαί γ'* Ald.

517. *ὑπ' ἀνδρῶν*] Intelligit demagogos, *τοὺς τοῦ δήμου προστάτας*, et rhetoras. BERG.

522. *νυν*] Libri *νῦν*.

καὶ ξίφος—ξίφει Philocleoni tribuenda esse animadvertit Berglerus, cujus vide annotationem ad v. 714. Vulgo Bdelycleoni tribuuntur.

523. *ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.*] In Acharn. 316. *κἂν γε μὴ λέγω δίκαια, μηδὲ τῷ πλήθει δοκῶ, ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλὴν ἔχων λέγειν*. BERG.

525. *μισθὸν ἀγαθοῦ δαίμονος*] Intelligitur *merces judiciaria*. Dicturus autem erat *κύλικα* aut *ποτήριον*. Sed animus ei alibi est. BERG. Sic v. 378. *τὰ ταῖν θεαῖν ψηφίσματα* pro *μυστήρια*.

526. *δὴ* C. Vulgo *δέ*.

527. *λέγειν τι δεῖ*] Scribendum *δεῖ τι λέγειν*, ut accuratius respondeat versui antistrophico 632.

529. *ἐνεγκάτω—τὴν κίστην τις*] Interpellat orationem chori. Petit autem cistam cum instrumentis scriptoriis, quia vult, memoriæ causa, describere argumenta Philocleonis, ut ipse dicit v. 536. *γράψομαι μνημόσυνα*. BERG. *κακίστην* R.

530. Choro tribuitur in libris: Philocleoni ab Hermanno de metris p. 315. Quem non debebam sequi. Est enim hic versus cum præcedente Bdelycleoni tribuendus: quod Hermannus ipse postmodum subindicavit in annotatione ad Nub. 759.

ποιός τις ὢν] Sic scribi debuit, non *ποῖός τις*, quod subindicavit Berglerus. *ποιός τις* valet *οὐχ ὁ τυχών*. Vide Henr. Stephani Thesaurum vol. 3. col. 449. BRUNCK. Revocandum *ποῖός τις ὢν* signumque interrogandi post *παρακελεύῃ* ponendum. Ad chorum conversus, cujus orationem interruperat, hæc dicit Bdelycleo.

ταῦτα] *ταῦτ' αὐτὰ* R.Γ. *ταῦτα αὐτὰ* V.

532. *τόνδε*] Scribendum *τονδὶ* cum Bentleio.

533. *ἐστὶν*] *ἔστ'* R.V.

ἀγὼν] Libri *ἀγών*. Thucyd. 2, 45. *παισὶ δ' αὖ ὅσοι τῶνδε πάρεστε, ἢ ἀδελφοῖς, ὁρῶ μέγαν τὸν ἀγῶνα.* Bentleius scribebat *σοὶ μέγας ἔστ' ἀγὼν νῦν*. Sic in Pace v. 276. *νῦν ἀγὼν μέγας*.

535. *γένοιθ'* Bentleius. Libri *γένοιτο νῦν*, ex conjectura gram-

matici qui non animadvertisset σε post οὗτος excidisse, quod Porsonus restituit.

537. λέξῃ γ'] λέξῃς B.Δ.

γράψομαι 'γώ codex Vaticanus. Ceteri codices et Ald. γράψομ' ἐγώ.

541. ἀκαρῆ] ἀκαρῆι R.

542. δ' ἐν Porsonus. δ' ἂν ἐν R.V.Γ. γὰρ ἂν ἐν vulgo.

ταῖς codex Havniensis. Vulgo ταῖσιν.

ὁδοῖς] ῥδοῖσιν V.

544. θαλλοφόροι] Scholiastes docet in pompa Panathenæorum festi senes gestasse θαλλοὺς, i. e. *olivæ ramos*, et auctorem laudat Xenophontem in Symposio [4, 17.]; respicit autem, ut puto, ad hæc verba, quæ ibi leguntur: θαλλοφόρους γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται. BERG. Vide Meursii Panathen. cap. 20. BRUNCK.

καλούμεθ' Porsonus. Vulgo καλοίμεθ'.

548. γ' om. V.Δ.

ἀπὸ βαλβίδων] *A principio.* Quia a carceribus fit initium cursus. In Equit. 1154. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί. ibi autem cursu certant duo adulatores Populi, ut ostendant, uter promtior sit in cultu præstando. In Lysistrata v. 1001. aliter: ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάτιδος. Vide ad Acharn. 482. BERG.

περὶ τῆς ἀρχῆς] Significat principium et imperium. Ad hunc duplicem significatum alludens dixit: ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω pro ἀπ' ἀρχῆς περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδείξω. Latine: *a principio de principatu ostendam.* BERG.

550. καὶ] ἢ καὶ Γ.R.V, quod deleto ἢ recepi. γ' ἢ καὶ Δ. Ald. Tacet de suis codicibus Brunckius, qui γ' ἢ ab Florente Christiano positum servavit. Theopompus apud Athenæum 12. p. 531 d. ἐσπούδαζον δὲ δοκεῖν εὐδαίμονες εἶναι καὶ μακαριστοί. et paullo post, συνῆν μετὰ τῶν ὑπάρχων εὐδαίμων καὶ μακαριστὸς ὤν.

νῦν om. V.

554. ἐμβάλλει] Ab numero plurali ad singularem transit, unum aliquem cogitans, ut in Nub. 975. et alibi non raro. Vid. Heindorf. ad Platon. Protag. p. 500.

ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρ' ἁπαλήν] Hoc modo blandiri solitos reos judicibus, dicit etiam Xenophon in libro de Rep. Athen. 1, 18. cujus verba adscribam, quia in illis notari aliud etiam

debet scitu necessarium, nempe quod dicit, sociis Atheniensium Athenas proficiscendum ad judicia fuisse: *νῦν δ' ἀναγκάζεται τὸν δῆμον κολακεύειν τῶν Ἀθηναίων εἷς ἕκαστος τῶν συμμάχων· γινώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν, οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ, ὅς ἐστι νόμος Ἀθήνησι· καὶ ἀντιβολῆσαι ἀναγκάζεται ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ εἰσιόντος του ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. διὰ τοῦτο οὖν οἱ σύμμαχοι δοῦλοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καθεστᾶσι.* BERG.

555. *ὑποκύπτοντες*] *ὑποπίπτοντες* R.

557. *ξυσσίτοις*] *ξυνσίτοις* R.V.

562. *ἀπόφυξιν* V. Vulgo *ἀπόφευξιν*. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 726.

564. *ἀποκλάονται*] *ἀποκλαίονται* R.V.

565. *κακὰ* C.R.V.Γ. et lemma scholii. *κακά γε* Ald.

τοῖς C.R.V. et lemma scholii. *τοῖσιν* Ald.

ἀνιῶν addidi ex V, in quo syllaba *ων* compendio scripta est.

ἂν ἰσώσῃ] *ἀνισώσῃ* V.

566. *γέλοιον*] *γελοῖον* Ald. et scholiasta. De qua scriptura v. quæ ad Thesaurum Stephani dixi vol. 2. p. 555.

568. *ἀναπειθώμεσθα*] *ἀναπειθώμεθα* R. *ἀναπειθόμεθα* C.Δ. *ἀναπειθώμεθα* B. De cæsura dixi ad Nub. 987.

570. *συγκύψανθ'* R.V. Vulgo *συγκύπτονθ'*.

ἂμ βληχᾶται] *ἅμα βληχᾶται* vulgo. *ἀποβληχᾶται* V. *ἅμ ἅμα βληχᾶται* R, unde formam monosyllabam *ἂμ* restitui, annotatam ab Hesychio.

573. *αὖ τοῖς* Florens Christianus. *αὐτοῖς* Ald. *αὐταῖς* inter lineas B.

χοιριδίοις] *χοιρίοις* R. Recte scholiasta, *ἴσως ὅτι χοῖρος προσαγορεύεται τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον.* Conf. Thesm. 289.

575. *τοῦ πλούτου καταχήνῃ*] Eccles. 631. *καταχήνη τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή.*

576. *αὖ*] *ἂν* C.R.

σου accessit ex C.R.Γ.

τουτὶ C.R.Γ. *ταυτὶ* Ald. *ταδὶ* B.Δ. *σουτουτὶ* superscriptum in B.

γράφομαι Brunckius. Libri *γράψομαι*.

πλούτου] *οἴκου, γρ. καὶ πλούτου* R.

577. *ἄχεις*] *ἄχρις* R.V.Γ.

τῆς R. et Kusterus. *τὴν* B.C.V.Δ. Ald. *τὴν τῆς* Γ.

ἄρχειν R. et Kusterus. ἀρχὴν B.C.V.Δ. Ald. Cum R. consentit scholiasta.

579. Οἴαγρος] Œager Æschyli an Sophoclis histrio fuerit ambigit scholiasta. Æschyli fuisse liquet ex scholio vetustiore, quod nunc ad v. 564. temere relatum legitur, Αἴσωπος (scrib. Οἴαγρος) τραγῳδίας ἐγένετο ὑποκριτὴς γελοιώδης. Αἰσχύλου δὲ ἦν ὑποκριτής. Æsopum histrionem Græcum non novi: celebratus Ciceronis laudibus est Æsopus histrio Roscii æqualis.

580. Νιόβης] Æschyli, non Sophoclis, Niobam intelligi consentaneum est quum Æschyli nominaverit histrionem.

582. ἐν φορβειᾷ] Id est ἐμπεφορβιωμένος. Vid. Av. 861. ἐν φορβιᾶι R.

583. καταλείπων B.Δ. καταλιπὼν R.V. Ald.

584. κλάειν Brunckius. κλαίειν libri.

κλαίειν—μακρὰ τὴν κεφαλὴν] In Pluto 612. ἐὰν κλαίειν μακρὰ τὴν κεφαλήν. Omittitur etiam vox κεφαλὴν ut in Thesmoph. 218. τοῦτον μὲν μακρὰ κλαίειν κέλευε. Dicitur etiam μακρὰν, ut in Ecclesiaz. 425. δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλαίειν μακράν. [ubi nunc μακρά restitutum.] Est autem κλαίειν εἰπόντες τῇ κόγχῃ idem quod ἀνακογχυλιάσαντες τὴν διαθήκην, ut infra loquitur v. 589. BERG.

586. ἀναπείσῃ] ἀναπείθοι V.

587. ἀνυπεύθυνοι δρῶμεν] Vid. Hudtwalckeri librum de diætetis p. 32.

588. τοι] το V.

σε μόνον Reiskius. Legebatur σεμνόν. σεμνῶν R.

589. ἀνακογχυλιάζων] Ad vocem κόγχη v. 585. (unde κογχύλιον) respicit. Sumitur autem ἀνακογχυλιάζειν hoc loco pro ἀνασπᾶν τὴν κόγχην· utitur enim verbo ἀνασπᾶν in eadem re in Lysistr. 1200. καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς τύπους ἀνασπάσαι. Alias ἀνακογχυλιάσασθαι est ἀναγαργαρίσασθαι. Vide Pollucem 6, 25. et Athenæum 5. p. 187. BERG. Suidas: ἀνακογχυλιάσαι, ἀναγαργαρίσασθαι. Pollux 6, 25. ὃ μέντοι ἀναγαργαρίσασθαι νῦν λέγουσιν, ἀνακογχυλιάσασθαι ἔλεγον, τὸ ἀνακλύσασθαι τὴν φάρυγγα. Πλάτων δὲ ὁ κωμικός·

ἀνακογχυλιαστὸν ἐχθοδοπόν τι σκευάσω.

Hic autem facete comicus ad alium sensum detorquet hoc verbum, nempe ad id quod supra dixerat, τῇ κόγχῃ, respiciens, ἀνακογχυλιάζειν adhibet pro ἀνασπᾶν τὴν κόγχην. Sigilla autem, ut conservarentur, conchyliis muniebant. BRUNCK.

592. Εὔαθλος] Rhetor improbus, sæpe a comicis exagitatus: de quo vide scholiastam.

κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής] Pro Κλεώνυμος et κόλαξ et ῥίψασπις. In Nub. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. BERG.

595. δικαστήρι' ἀφεῖναι] δικαστήρια φῆναι Γ.

πρώτιστα μίαν δικάσαντας] In Equit. 50. ὦ δῆμε, λοῦσαι πρῶτον ἐκδικάσας μίαν. BERG. δικάσαντας, tanquam si præcessisset δικαστάς. BRUNCK.

596. δ' ὁ Κλέων] δὲ κλέων R.V.

κεκραξιδάμας] De eodem Cleone in Equit. 36. ἅρπαξ, κεκράκτης.

μόνον Florens Christianus. Libri μόνους.

597. τὰς μυίας ἀπαμύνει] De eodem Cleone in Equit. 60. βυρσίνην ἔχων δειπνοῦντος ἑστὼς ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας. BERG.

599. καίτοὐστὶν V.Γ. καίπούστιν R. Vulgo καίτοι 'στίν. Conf. ad v. 27.

Εὐφημίου] Nihil de hoc homine compertum habuit scholiasta.

600. σπόγγον] Scribendum σφόγγον cum Brunckio. Vid. ad Acharn. 463.

602. χὐπηρεσίαν] καὶ ὑπηρεσίαν R. Quod probari potest. Quanquam idem codex aliique καὶ οὐδὲν pro κοὐδὲν v. 741. et alia hujusmodi, crasi non raro neglecta.

604. πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος] Proverbium, cujus de sensu et origine disceptant grammatici, quorum opiniones exponit scholiasta. Probabilior quam ceteræ explicatio videtur, de iis esse dictum qui suo ipsorum damno vincunt.

περισέμνου] περισεμνός (sic) V.

606. κᾆτ' Florens Christianus. Libri κἄπειθ'.

εἰσήκουθ' ἅμα] εἰσήκουτά με V. ἤκουθ' ἅμα B.Δ.: quæ haud dubie conjectura grammatici est, κἄπειθ' ἤκουθ' ἅμα legentis, sed vera fortasse. Nam composito verbo si usus esset Aristophanes, εἰσελθόντα potius dixisset.

609. παππάζουσ'] παππίζουσ' V. et Suidas in ἐκκαλαμᾶται.

τὸ omittunt libri et Suidas. Addidit Florens Christianus.

τριώβολον ἐκκαλαμᾶται] Triobolum illud, quod acceperam mercedem judiciariam, elicit mihi ex ore lingua sua, ut piscatores calamo extrahunt piscem (vide supra v. 381.) Solebant autem in ore gestare pecuniam; infra v. 791. κἀγὼ 'νέκαψ'· ὀβολοὺς γὰρ ᾠόμην λαβεῖν. BERG.

610. ὑποθωπεῦσαν—φυστὴν] ἐπιθωπεῦσαν—φύστην Suidas in φύστη. Nam hoc accentu grammatici quidam hoc vocabulum scribebant. Ego Herodianum sequor.

μᾶζαν] Scribebatur μάζαν.

611. φάγε τουτὶ, ἔντραγε τουτί] Equit. 51. ἐνθοῦ, ῥόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον. BERG.

612. τούτοισιν Bentleius. Libri τοῖσιν.

κεὶ μή με δεήσει Elmsleius ad Sophoclis Œdip. T. 662. Libri καὶ μή με δεήσῃ.

613. ἐς] εἰς libri.

614. τουθορύσας. ἀλλ' ἦν Elmsleius. Legebatur τουθορύσας, ἄλλην——puncto post μάξῃ posito. Sed ἀλλ' ἦν scriptum in Γ.

615. σκευὴν βελέων ἀλεωρήν] Loquitur Ὁμηρικῶς. Il. μ, 57. πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηίων ἀνδρῶν ἀλεωρήν.

616. μὴ 'γχῇς B.R.V.Δ. μ' ἐγχεῖς Γ. μὴν 'κχῇς Ald.

ὄνον—δίνον] ὄνος et δῖνος nomina sunt poculorum. In prioris ambiguitate ludit comicus, *poculo* tribuens, quæ sunt *asini*, ut βρωμήσασθαι et καταπαρδεῖν. BRUNCK.

618. δίνου] δείνου R. Quæ frequens in codicibus est hujus nominis scriptura, de qua vide L. Dindorfium ad Stephani Thesaurum vol. 2. p. 952.

στράτιον] πολεμικὸν ἢ φοβερόν interpretatur Hesychius, μέγα καὶ σοβαρόν Photius. BRUNCK.

619. τῆς om. R.V.Γ.

621. ταὔθ'] Vulgo ταῦθ'.

ἅπερ] ὥσπερ R.

626. κἀγκεχόδασιν] καὶκἐγκεχόδασιν R.

μ' om. V.

629. Ante νὴ lineolam mutatæ personæ indicem habet R. Idem δήμητραν pro Δήμητρα.

634. ἐρήμας—τρυγήσειν] Putabat me causam meam desertu-rum. Est autem proverbium in Ecclesiaz. 885. ᾤου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθάδε ἐμοῦ, τρυγήσειν; BERG.

ᾤεθ'] ᾤονθ' R. a pr. m.

οὗτος Dawesius. Vulgo οὕτω. οὕτως R.

636. δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν Porsonus. Legebatur δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν.

642. ὥσθ'] Malim ὡς.

αὑτοῦ] αὑτῶι R.

643. σκύτη βλέπειν inter proverbiales locutiones refertur. Zenobius e comici scholiaste: μέμνηται αὐτῆς Εὔπολις ἐν Χρυσογένει [Χρυσῷ γένει]. φησὶ γάρ·

ἀτεχνῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον σκύτη βλέπει.

εἴρηται δὲ ἐπὶ τοῖς ὑποψιαστικῶς διακειμένοις πρὸς τὰ μέλλοντα κακά. BRUNCK. σκύτη βλέπειν R.V.Γ. et lemma scholii. βλέπειν σκύτη Ald.

644. σε om. R.

645. ἀπόφυξιν] Vulgo ἀπόφευξιν. Conf. v. 558. 562.

646. πεπᾶναι] πραῦναι interpretatur Hesychius, fortasse ex hoc loco. Post χαλεπὸν indicavi lacunam.

647. μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι] *Non e re mea dicenti.* Vide Koenium ad Gregor. Cor. p. 44. [106.] BRUNCK.

652. ἀτὰρ, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη] Ex Homero Odyss. *a*, 45. ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων.

654. τεθνήξεις] Vulgo τεθνήσει. τεθνήξει B. Vid. Elmsl. ad Acharn. 590.

χρῆ Brunckius. χρὴ Ald.

σπλάγχνων ἀπέχεσθαι] Scholiasta, ὅτι οἱ ἀνδροφόνοι οὐ μεταλαμβάνουσι θυσιῶν. Vide Petitum ad Leg. Att. p. 612. BRUNCK.

655. νυν] Vulgo νῦν.

παππίδιον] παπίδιον R.Γ. Ald.

656. πρῶτον] πρῶτα Suidas in φαύλως.

λόγισαι] Supputationem facit redituum, ut ostendat posse plebem aliunde ali, ut non necesse sit eam mercedi judiciariæ adeo inhiare. BERG.

658, 695. In his quæ memorantur τέλη, tributa sunt inquilinorum et libertinorum, vectigalia artium aliaque hujusmodi; ἑκατοσταὶ autem portoria quædam esse videntur in Piræeo exacta, quamquam alibi frequentior est πεντηκοστῆς s. quinquagesimæ mentio; ἀγορὰς et λιμένας nominat propterea quod in foris ac portubus mercium importatarum, exportatarum ac venditarum vectigalia pendenda erant; μισθοὺς autem esse puto, quæ alias μισθώματα aut μισθώσεις dicuntur, pensiones ædium, agrorum, pascuorum aliarumque rerum publicarum, quæ privatis elocari solebant; πρυτανεῖα sunt pecuniæ quædam a litigantibus ante judicium depositæ, qualia erant quæ apud Romanos sacramenta dicebantur; δημιόπρατα denique sunt bona

publicata, quorum venditorum pretia in ærarium redigebantur; reliqua non opus est explicare. SCHOEMANN. de comitiis Athen. p. 286 sq.

ἑκατοστὰς] Vid. Schneider. ad Xenoph. opusc. polit. p. 93. 108.

659. *πρυτανεῖα*] De his dictum ad Nub. 1180.

μέταλλ'] Laureotica. De quibus v. Boeckhii commentationem in Actis Acad. Borussicæ a. 1815. p. 117.

660. *τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια*] De summa redituum vide Boeckh. de œcon. civ. Athen. vol. 1. p. 465.

661. *τούτων*] *τούτου* R.Γ.

νυν Brunckius. Libri *νῦν*.

κατάθες μισθὸν R.V. Vulgo *μισθὸν κατάθες*.

ἐνιαυτοῦ Bentleius. Libri *τοὐνιαυτοῦ* vel *τοῦ ἐνιαυτοῦ*.

662. *ἓξ χιλιάσιν*] Tot enim quotannis in universum sorte eligebantur, ex quibus singula dicasteria legitimum judicum numerum acciperent. De quo vid. Schoemanni dissertatio de sortitione judicum, Gryphiswaldiæ edita a. 1820.

κατένασθεν R.V.Γ. Vulgo *κατένασθε*. *ἔκρυφθεν* pro *ἐκρύφθησαν* in senario dixit Euripides Hippol. 1247.

663. *ἡμῖν*] *ὑμῖν* Kusteri et Brunckii editiones.

665. Verba *καὶ ποῖ τρέπεται δὴ 'πειτα τὰ χρήματα τἄλλα* Philocleoni, sequentia autem usque ad v. 679. Bdelycleoni recte tribuit Bothius.

666. *ἐς τούτους τοὺς, οὐχὶ προδώσω*] Ponit formulam rhetoribus usitatam, ut inde tanquam ex nomine cognoscantur; illis enim verbis utentes studebant se populo commendare. Supra v. 593. *οὐχὶ προδώσειν ἡμᾶς φασὶ, περὶ τοῦ πλήθους δὲ μαχεῖσθαι.* BERG.

τὸν 'Αθηναίων κολοσυρτόν] In Pluto 536. *γραϊδίων κολοσυρτόν.* mox *σύρφακα,* quod idem. BERG.

667. *ἀεὶ* R.V.Γ. Vulgo *αἰεί*.

668. *περιπεφθείς*] *περιπεμφθείς* R.V.

670. *ἐπαπειλοῦντες*] *ὑπαπειλοῦντες* V.

671. *ἀνατρέψω*] *ἀναστρέψω* R.V.

673. *ᾔσθηνται* repositum ex Suida in *ᾔσθηνται, λαγαρυζόμενον* et *τραγαλίζοντα*. *ᾔσθοντο* R.V.Γ. *ᾔσθοντό γε* Ald. *Vilem plebem,* quasi *quisquilias;* Euphron comicus apud Athenæum 9.

p. 377. *ὅταν μὲν ἔλθῃς εἰς τοιοῦτον συρφετὸν, Δρόμωνα καὶ Κέρδωνα καὶ Σωτηρίδην.* BERG. Photius p. 557, 19.

674. *λαγαριζόμενον*] *λαγαρίζομαι* accipiendum videtur pro *laxus fio et exinanior* in hoc loco Aristophanis, ut sensus sit, eos gavisos esse quum viderent *τὸν τῶν δικαστῶν ὄχλων καὶ συρφετὸν* (erat enim *κηθάριον* fiscella, quæ urnæ suffragiorum veluti infundibulum superimponebatur) non amplius tam tumido esse ventre, sed laxiorem fieri et evacari, nec quidquam habere quod roderet. Illa duo vocabula *ἐκ κηθαρίου* connectenda præcedentibus. Scholiastes tamen cum sequentibus jungit, *λαγαριζόμενον* exponi posse dicens vel *λάγανα ἐσθίοντα* vel *ἀποξύοντα*, ut sit *ἀπὸ τῶν δικαστικῶν ἀγγείων ἀποξύοντα.* Sed parum ad rem. Hesychius, *λαγαρίζεσθαι* esse ait *τὸ πρὸς τὰς λαγάνας τὸν ἀγκῶνα προσάγειν πυκνὰ, διαπείροντα τὴν χεῖρα.* Ad meam expositionem facit, quod idem Hesychius *λαγαρίττεται* affert pro *μετριεύεται*: nam qui modico victu utitur, is itidem *ἐξ ὀγκώδους* fit *λαγαρὸς* sive *λαπαρός.* H. STEPHANUS in indice in thesaur. Gr. 1. vol. 4. p. 1337. *λαγαρυζόμενον* B.V.R, quæ glossa sine interpretatione posita est apud grammaticum Bibl. Coislin. p. 235. *λαγαριζόμενον* Ald. et meliores Suidæ codices, quod revocandum videtur. Itaque hoc dicit, populum tenui contentum esse mercedis judicialis fructu. Glossis Hesychii ab HSt. memoratis duabus tertia est addenda, *λαγαριζόμενοι: σκαλεύοντες.* quæ explicatio eodem redit quo *ἀποξύοντα*, quod scholiasta inter alia posuit.

τραγαλίζοντα] Idem quod *τρωγαλίζοντα,* quod interpretandi caussa substituit scholiasta. Similiter hodierni Græci *στραγάλια* vocant quæ veteres *τρωγάλια* dicere solent: quod comparavit Coraës ad Heliodor. vol. 2. p. 88.

675. *Κόννου ψῆφον*] Proverbium erat in hominem nihili nulliusque momenti *Κόννου θρῖον,* ortum a malo citharœdo, cui nomen Connus. *ψῆφον*, quia de judice loquitur, facete posuit pro *θρῖον.* Conf. not. ad Eq. 534. BRUNCK.

δωροφοροῦσιν V. Legebatur *δωροδοκοῦσιν* scriptura vitiosa, fortasse ex v. 669. repetita, de qua v. quæ dixi ad Thesaurum Stephani in *δωροδοκέω.*

676. *ὕρχας, οἶνον*] Aliter hic legebat Pollux qui ad hunc locum respexit 6, 14. *εἰ δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ὠνόμασεν ὕρχας οἴνου, δηλοῖ μὲν ἡ λέξις τὸ προσεοικὸς τῷ βίκῳ κεράμιον.* [Idem

10, 73. *ὕρχας οἴνου* ex Holcadibus Aristophanis affert.] Sed proba non est illa lectio. Diversæ res hic significantur. Suidas a scholiaste: *ὕρχας, κεράμια ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὠτία ἔχοντα*. BRUNCK.

677. *πλουθυγίειαν*] *πλοῦθ' ὑγίειαν* R.

678. *σοὶ δ'* Florens Christianus. *σὺ δ'* R.V.Γ. *σὺ δέ γ'* Ald.

πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας] Imitatur Homerum Il. κ, 27. *πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν ἤλυθον ἐς Τροίην.* Od. δ, 709. *περόωσι δὲ πουλὺν ἐφ' ὑγρήν.*

679. *τοῖς ἐψητοῖσι*] Vile genus piscium, de quo v. Athen. 7. p. 301. Constructio autem verborum *σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἐψητοῖσι* eadem est quæ Equit. 678. *ἔπειτα ταῖς ἀφύαις ἐδίδουν ἡδύσματα.*

680. *Εὐχαρίδου*] Schol. *ὄνομα σκοροδοπώλου.*

γ' accessit ex R.V.Γ.

ἄγλιθας] Libri *ἀγλίθας*.

681. *ἀποκναίεις*] *ἀναιρεῖς* interpretatur Hesychius.

682. *δουλεία 'στὶν* Porsonus. Libri *δουλεί' ἐστίν.* Sic *διοσημί' ἐστὶ* in Acharn. 171. scribebatur.

684. *τις δῷ* R.V. *τις διδῷ* C. *τις γε διδῷ* B.Δ. Ald.

τοὺς τρεῖς ὀβολοὺς] *τοὺς* om. B.Δ. Mercedem judicum non eandem omni tempore fuisse tradit scholiasta, Aristotelis usus auctoritate in *Πολιτείαις*. Primum ejus distribuendæ auctorem fuisse Periclem ex eodem Aristotele constat Polit. 2, 10.: quo tempore duorum fuit obolorum, donec Cleo post mortem Periclis trioboli largiendi auctor exstitit. Quod testatur scholiasta ad v. 299. *τοῦτό φησιν ὡς τριωβόλου τοῦ δικαστικοῦ ὄντος μισθοῦ. ἦν μὲν γὰρ ἄστατον τὸ τοῦ μισθοῦ. ποτὲ γὰρ διωβόλου ἦν, ἐγίνετο δὲ ἐπὶ Κλέωνος τριώβολον.* cujusmodi annotationem quum alicubi legisset novitius quidam grammaticus, scholiis ad Pluti v. 330. ubi de triobolo mercede non judiciorum, sed comitiorum, agitur, hæc admiscuit: *τούτους τοὺς ἐκκλησιαστὰς ἐποίησαν φανερόν τι λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προσόδων οἱ δημαγωγοὶ πείσαντες τὴν πόλιν· ὕστερον δὲ ὁ Κλέων ἐποίησεν αὐτὸ τριώβολον.* quo temporum rationis imperitum se esse ostendit. Nam quum comitiorum mercedem multis post Cleonem mortuum annis primum distribui cœpisse constet, absurdum est Cleonem ejus augendæ auctorem perhiberi. *διώβολον* et *τριώβολον* rursus memorat alius scholiasta ad Ran. v. 141. *πρὸς τὸν δικαστι-*

κὸν μισθὸν, ὅτι δύο ὀβολῶν ἦν—· ἦν δὲ καὶ τριωβόλου, τοῦτο τῶν στρατηγῶν (demagogos dicit) κολακείας χάριν προστιθέντων. Quæ aliena quidem sunt ab loco illo Aristophanis, ceterum verissima sunt, nisi quod male additum est, ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους καὶ δραχμὴν ἦν λαβεῖν. Quæ qui scripsit, δραχμὴν συνηγόρων, de qua paullo post dicemus in mente habuisse jam ab aliis est animadversum. Tertium testimonium scholiastæ Avium est ad v. 1540. μίγνυσι καὶ ἐκ τῶν ὄντων παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. οὐχ εἱστήκει δὲ αὐτοῖς τὸ τριώβολον. πολλαχοῦ γὰρ καὶ δύο ὀβολοὺς εἰλήφασιν. Quattuor obolos aliquando datos narrat Photius p. 581, 17. τετρωβολίζων: τὸ δικαστικὸν τετρώβολον λαμβάνων· ἐγένετο γὰρ καὶ τοσοῦτόν ποτε. Qui male intellexit, ut videtur, Theopompi comici versus a Polluce servatos 9, 64. καίτοι τίς οὐκ ἂν εἰκὸς εὖ πράττοι τετρωβολίζων, | εἰ νῦν τριώβολον φέρων ἀνὴρ τρέφει γυναῖκα; quæ non de quattuor obolis re vera distributis, sed de spe tantum quattuor obolorum accipiendorum dicta videntur, quemadmodum Cleo in Equit. v. 797. de quinque adeo obolis fabulatur ex oraculo commentitio, ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λογίοισιν | ὡς τοῦτον (populum dicit) δεῖ ποτ' ἐν Ἀρκαδίᾳ πεντωβόλου ἡλιάσασθαι. Ceterum in versibus Theopompi emendavi vulgatæ scripturæ vitia, καίτοι τίς οὐκ — — τετρωβολίζειν, εἰ νῦν γε διώβολον φέρει ἀνὴρ τρέφειν γυναῖκα. in quibus γε διώβολον ortum videtur ex γώβολον, i. e. τριώβολον. Ita enim hujusmodi nomina cum numeris composita interdum scribuntur in codicibus.

οἷς R. Legebatur οὗς. Dativus propter ἀγαπᾷς positus.

687. καταπῦγον] Scribendum κατάπυγον, quod restitui Thesm. 200. Sic εὐδαίμων εὔδαιμον, non εὐδαῖμον.

688. τρυφερανθεὶς] τρυφερωθεὶς Γ.

690. ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου] In Thesmoph. 278. ἔκσπευδε ταχέως, ὡς τῆς ἐκκλησίας τὸ σημεῖον ἐν τῷ Θεσμοφορίῳ φαίνεται. BERG. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 153.

691. τὸ συνηγορικόν] Patroni et causidici atque adeo rhetores drachmam olim accipiebant pro stipendio diurno, quum patrocinium susceperant civitatis aut civis. Erat autem magistratus annuus et mercenarius τῶν συνηγόρων, qui decem erant sorte lecti ut docet Aristoteles. FLOR. CHR. De συνηγόροις vid. Schneider. ad Aristot. Polit. vol. 2. p. 503, 504.

δαρχμὴν] Scribebatur δραχμήν. δαρχμάς pro δραχμάς dictum

annotavit Hesychius. Quam formam Th. Bergkius recte restituere videtur comicorum locis in quibus *δραχμὴ* producta contra legem syllaba prima legitur. Sunt autem præter nostrum locum hi, Aristophanis Pac. 1200. *νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ·* Plut. 1020. *ὁπότε προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσι,* Philippidis ap. Athen. 6. p. 230 b. *ἄγοντι πεντήκοντα δραχμάς,* Antiphanis ib. 7. p. 297 e. *τούτων δὲ δραχμὰς τοὐλάχιστον δώδεκα,* Platonis 10. p. 442 a. *Λόρδωνι δραχμή, Κυβδάσῳ τριώβολον,* Machonis 13. p. 581 b. *καὶ τὰ δόρατ' ἀποβλέψασα δραχμὰς χιλίας. . .* Quanquam huic poetæ etiam *δραχμὰς* *α* producto dicere licuit. Aliam viam iniit Gaisfordus, quem scripturam a Thoma Mag. rejectam *δραγμὴ* hujusmodi locis inferendam esse censere ex annotatione ad Suidam vol. 1. p. 1058. colligimus. *Drachumam* producta syllaba prima dixit Plautus: quo argumento cavendum est ne quis abutatur ut Græcum vocabulum ancipitem literæ *α* mensuram habuisse contendat. Nam similiter Acheruntis nomen dipodiæ trochaicæ mensuram habet apud poetas veteres Latinos contra morem Græcorum, et quæ sunt alia hujusmodi. Ceterum cum *δαρχμὴ* comparari potest *φαργνύναι* ejusque derivata, velut *ναύφαρκτος,* quod veteres Attici pro *φραγνύναι* dixerunt.

692. *κοινωνῶν*] *κοινῶν ὄντων* Γ.

693. *τι* om. V.Γ.

694. *πρίων'*] *πρίων* B.C. *πρίονες* Γ. *πρίον'* R.V.Ald. servata scriptura antiqua ΠΡΙΟΝ, quam male interpretati sunt qui *πρίων* exararunt. Restitui *πρίωνε*, de quo vocabulo Photii testimonio constat p. 448, 19. Π ρ ι ω ν : *ὀξυτόνως τὸ ἅρμενον· πρίων δὲ, ὡς παίων, ὁ τέμνων τῷ ἁρμένῳ τούτῳ. τὸ δὲ πληθυντικὸν πρίονες διὰ τοῦ ο Κρατῖνος.* Ex his apparet Cratinum *πρίονας* dixisse qui vulgo *πρίωνες* dicebantur: quod haud dubie metri caussa fecit.

ἀντενέδωκε Dobræus. Legebatur *ἀντανέδωκε.*

695. *κωλαγρέτην* R. Vulgo *κωλακρέτην.* Conf. v. 724.

696. *τὸν θῖνα ταράττεις*] I. e. penitus mihi animum turbas et cor profundum mihi moves. FLOR. CHR.

698. *τοίνυν* codices. *τοίνυν γ'* Ald.

699. *ἀεὶ* R.V.Γ. Vulgo *αἰεί.*

ὅπῃ Suidas in *ἀκαρὲς* et in *ἐγκεκύκλησαι.* Legebatur *ὅποι.*

701. *ἀκαρῆ*] *ἀκαρῆι* R. *ἀκαρές* Suidas.

καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι ἐνστάζουσιν etc. Scholia: *ἡ εἰκὼν ἀπὸ τῶν σφόδρα ἀσθενούντων.* In eadem re similiter Demosthenes in 3. Olynthiaca [p. 37.]: *ἴσως ἂν ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε· καὶ γὰρ οὔτε ἰσχὺν ἐκεῖνα ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, καὶ ταῦτα ἃ νέμεσθε νῦν ὑμεῖς, οὔτε τοσαῦτά ἐστιν, ὥστε ὠφέλειαν ἔχειν τινὰ διαρκῆ· οὔτ' ἀπογνόντας ἄλλο τι πράττειν ἐᾷ.* BERG.

702. *ἔλαιον* V. scholiasta et Suidas. Legebatur *ἄλευρον.*

703. *τοῦθ' ὧν* Brunckius. Libri *τούτων.*

οὕνεκ' Brunckius. *εἵνεκ'* B.C.R.V.Γ.Δ. *ἕνεκ'* Ald.

ἐρῶ σοι B.R.V.Γ.Δ. *ἔῤῥωσο* Ald.

704. *τὸν τιθασευτήν*] Demosthenes paullo ante illa verba, quæ modo citabam: *οἵδ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ὑπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα, τιθασσεύουσι* [*τιθασεύουσι*], *χειροήθεις αὐτοῖς ποιοῦντες.* Loquitur uterque de rhetoribus et demagogis. BERG. *τὸν τιθασσευτὴν* R.V.Γ. Imperita est annotatio scholiastæ *τιθασευτήν* simplici *σ* metri caussa dictum esse. Cui fraudem fecit frequentissimus error librariorum, *τιθασσός* ejusque derivata duplici *σ* scribentium, quo Græci in hoc vocabulo non magis usi sunt quam in *μασσᾶσθαι,* quod ipsum quoque ubique inferre solent librarii.

οὗτός γ'] *οὕτως* Δ.

ἐπισίζῃ] *ἐπισίξῃ* V.

705. *ἐπιρρύξας*] *ἐπιρύξας* R. "Hesychius, *ἐπιρρύζειν κύνας*: "*ἐπαφιέναι καὶ παρορμᾶν.*" BRUNCK.

707. *πόλεις χίλιαι*] Numero millenario nihil aliud significari quam multitudinem recte monet scholiasta.

709. *δύο μυριάδες*] Eundem numerum civium Atheniensium refert etiam Demosthenes: *εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι.* quem locum adduxit scholiastes. At Ctesicles historicus majorem numerum annotasse dicitur apud Athenæum 6. p. 272. *Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα.* Aristophanes in Eccles. 1132. civium adhuc majorem numerum ponit, *πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων ὄντων τὸ πλῆθος.* Sed hic videtur advenas Athenas habitantes

cum Atheniensibus simul numerare. BERG. Vide quæ ad Eccles. dicemus. Probabilis est Dobræi correctio δύο μυριάδ' ἂν—.

ἐν πᾶσι λαγῴοις] Pro ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Conf. Acharn. 1026. BERG.

ἐν] ἂν B.Δ.

710. πυῷ] Scribebatur πύῳ contra regulam Herodiani, de qua vid. ad Pac. 1150. πυρῷ Suidas in πυρίνῳ.

πυριάτῃ B.R.V.Γ.Δ. et Suidas. Legebatur πυαρίτῃ. Galenus vol. 6. p. 384. ἄνευ δὲ πυτίας καὶ τὸ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀμελχθὲν αὐτίκα πήγνυται πυρωθὲν ἐπὶ θερμῆς σποδιᾶς ὀλίγῳ χρόνῳ. καλεῖν δὲ ἐοίκασιν οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ τὸ οὕτως παγὲν γάλα πυριαστόν· οἱ δὲ παρ' ἡμῖν ἐν 'Ασίᾳ πυρίεφθον ὀνομάζουσιν αὐτό. πυριαστόν Charterii interpolatio est. Editiones veteres πυριάστην. Scribendum πυριάτην cum Porsono.

πυριάτῃ] Sic scriptum est in B, ut legebant H. Stephanus et Casaubonus, ille Thesauri vol. 3. p. 608. hic ad Athenæum p. 910. l. 58. Pollux 6, 54. πῦον, πυριάτη. Ad quem locum vide interpretes. πυαρίτη, a πύαρ deductum, si Græcum sit, hic tamen stare non possit, quia primam, ut πῦον vel πυὸς, unde originem ducit, producere omnino debet. Formam hanc agnoscit Eustathius ad Odyss. p. 1626, 3. Σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ λεγόμενος παρὰ τοῖς παλαιοῖς πυὸς ἀρσενικῶς καὶ τῇ προσῳδίᾳ, φασὶν, ὡς τυρὸς, ἀνάπαλιν ἔχει πρὸς τὸν ὀρόν. ἔστι δέ φασι πυὸς τὸ πρωτόρρυτον γάλα καὶ νοστιμώτατον κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ὅ τινες πύαρ φασίν. ἡ χρῆσις παρὰ 'Αριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ (1150.) ὅθεν φασι καὶ πυαρίτης, τὸ πύρεφθον, ὃ γίνεται ἐκ τοῦ πρώτου γάλακτος. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων ἡ λέξις. Sed mendosam esse scripturam apud Eustathium credo et legendum πυριάτης, et mox πυρίεφθον. Vide Hesychii interpretes ad glossam πυριατόν. Latine *colostra*, quæ vox etiam in amatoriis blanditiis adhibetur. Plautus Pœn. 1, 2. 154. Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus. BRUNCK.

711. τοῦ Bentleius. Libri et Suidas τοῦ 'ν.

712. ἐλαολόγοι V. et Suidas in h. v. Vulgo ἐλαιολόγοι.

713. ποθ'] πέπονθ' Suidas in νάρκη: ut scribendum videri possit, οἴμοι, τί πέπονθ'; ὥσπερ νάρκη κατὰ χειρός μου καταχεῖται.

714. καὶ τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν] Philocleo iste petebat

gladium supra v. 522. dicebatque se ei incubiturum, si in disputatione victus fuerit: *καὶ ξίφος γέ μοι δότε· ἢν γὰρ ἡττηθῶ λέγων σου, περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.* nunc autem, quum sentiat se victum esse, simulat se præ torpore gladium tenere non posse, et e manibus dimittit, quasi præ infirmitate se nec interficere possit, quod se facturum dixerat. Scholiastes tanquam simile quid huc trahit illud in Andromacha Euripidis v. 629. ubi Menelaus increpatur, quod visa Helena abjecisset gladium, quo eam interfecturus fuerat. Vide ad Lysistr. 155. BERG.

715. *τὴν Εὔβοιαν διδόασιν*] Verbis dant, id est promittunt Eubœam sorte inter ipsos distribuendam. Ut Æginam etiam distribuerunt. BERG.

716. *σῖτον ὑφίστανται*] De *σιτοδοσίαις* v. Boeckh. de œcon. civ. Athen. vol. I. p. 97.

717. *πλὴν πρώην πέντε μεδίμνους*] Vide annotationem ad scholia.

718. *ξενίας φεύγων*] Quasi non sis civis germanus, sed adscititius, nec adeo partem capere possis. BERG.

ἔλαβες] *ἔλαβε* R.Γ. *ἔλαβεν* Δ.

κατὰ χοίνικα κριθῶν] *κριθῶν,* quod post *μεδίμνους* poni debebat, alteri sententiæ parti adjunxit. Itaque commate post *χοίνικα* nihil opus est. *κριθάς* conjiciebat Dobræus.

719. *οὕνεκ'* Brunckius. Libri *εἵνεκ'*.

724. *πλὴν*] *πλὴν τοῦ* R.V.Γ.

κωλαγρέτου] *κωλακρέτου* (γ supra κ) R. Vulgo *κωλακρέτου*. Conf. v. 695.

κωλακρέτου γάλα πίνειν] Dicturus videbatur *ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· καὶ ὀρνίθων γάλα·* ut in Avib. 1672. *ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.* Sed nunc *παρ' ὑπόνοιαν* dicit *ἐθέλω παρέχειν, ὅ τι βούλει, σοί· πλὴν Κωλακρέτου γάλα.* alludens tantum ad illud proverbium. Intelligit autem per *Κωλακρέτου γάλα* mercedem judiciariam, quam distribuebat *ὁ Κωλακρέτης,* quod est nomen magistratus, quæstoris. Dicit itaque se patri omnia concessurum, tantum, ut judicia frequentet, non permissurum. BERG.

725. *ἦ που σοφὸς ἦν*] Euripides in Andromach. 957. eandem sententiam cum comico nostro laudans: *σοφόν τι χρῆμα τοῦ διδάξαντος βροτοὺς, λόγους ἀκούειν τῶν ἐναντίων πάρα.* BERG.

πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς] Proverbialis Phocylidis versus: *μή τε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.* Euripides in

Heraclidis v. 180. *τίς ἂν δίκην κρίνειεν ἢ γνοίη λόγον, πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ.* ubi vide notam Barnesii. Ceterum laudant hanc sententiam hic judices sive Heliastæ, tanquam bene ipsis notam: nam in eorum juramento erat: *ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν.* ut est apud Demosthenem contra Timocratem. [p. 746.] Comicus infra v. 923. *μὴ προκαταγίνωσκ', ὦ πάτερ, πρὶν ἄν γ' ἀκούσῃς ἀμφοτέρων.* BERG.

727. *σκίπωνας* C. et fortasse V. *σκίμπωνας* Ald. *μ* deletum in B. *σκιπίωνας* R. *σκήπωνας* Γ. et Suidas in *σκήπων*.

καταβάλλω] *καταβάλω* V.Γ.

730. *ἀτενής γ'* Ald. *γ'* om. codices.

ἀτεράμων] *ἀτεράμμων* R.

732. ⏑ – ⏑ – – | ⏑ – ⏑ – ⏑ –

ὅστις R.V.Γ. Vulgo *ὅστις δή*.

733. *σοὶ δὲ νῦν*] *νῦν δὲ νῦν* C.

τις θεῶν B.R.V.Γ.Δ. *τι θεῶν* C. *τις τῶν θεῶν* Ald.

735. *ἐστιν* addidi ex V.

736. *δὲ* B.C.R.V.Γ.Δ. *δ' αὖ* Ald.

741. *κοὐδὲν*] *καὶ οὐδὲν* R.V.Γ.

743. *πράγμαθ'*] *πράγματα* libri, *οἷς* (vel *οἷος*) in versum proximum translato.

οἷς τότ' R.V.Γ. *οἷς ποτ'* Ald. *οἷός τ'* C.Δ.

744. Versus dochmiacus. *ἔγνωκε*] *ἔγνωκεν* R.V.

ἀρτίως ὅτι Ald. *ὅτι* om. C.Γ, minio subductum habet B.

746. *ἃ* om. V.

κελεύοντος R.V.Γ. *παρακελεύοντος* Ald.

747. *δ'* R.V.Γ. *οὖν* Ald.

τοῖσι σοῖς] *τοῖς ἴσοις* R.V.Γ. Vulgo *τοῖς σοῖς*.

748. *σωφρονεῖ* R.V.Γ. Vulgo *φρονεῖ*.

749. *σοι* R.V.Γ. Vulgo *σοί γ'*.

τί μοι βοᾷς] *τι βοᾷς* V. Recte fortasse.

751. *κείνων ἔραμαι, κεῖθι γενοίμαν*] Euripides Alcest. 866. *κείνων ἔραμαι, κεῖν' ἐπιθυμῶ δώματα ναίειν.* Vult autem Philocleo esse in foro judiciario. BERG. Ex Euripidis Hippolyto priore seu Velato. Vide [schol. et] Valckenarium ad Hippol. v. 230. BRUNCK.

752. *ἵν' ὁ κήρυξ* (scrib. *κῆρυξ*) *φησί, τίς ἀψήφι- | στος; ἀνιστάσθω*] Notandum vocabulum ultra pedem quartum proten-

sum, quod aliquam ab formula, ut videtur, solemni *τίς ἀψήφιστος*; excusationem habet.

φησὶ] *φησὶν* R. *φασὶ* V.

756. *μοι* B.C.V.Γ.Δ. *μου* Ald. *σοι* R.

757. *πάρες, ὦ σκιερά*] Ex Euripidis Bellerophonte, cujus locum profert scholiasta, *πάρες ὦ σκιερὰ φυλλὰς, ὑπερβῶ* | *κρηναῖα νάπη· τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς* | *αἰθέρ' ἰδέσθαι σπεύδω, τίν' ἔχει* | *στάσιν Εἰνοδία.*

758. *ἐγὼ 'ν*] *ἐγὼ ἐν* R.

761. *σοι πίθωμαι* Porsonus. *σοι πείθομαι* R.V.Γ. *πείθομαί σοι* Ald. Vitiosam personarum descriptionem (Βδ. *λέγ'*—. Φ. *ποίον*—. Βδ. *τοῦ μὴ*—. Φι. *τοῦτο δὲ*—), quæ est in Ald., correxit Berglerus.

763. *Ἅιδης διακρινεῖ*] Ex Euripidis Cressis.

765. *ἐνθάδε* et *αὐτοῦ* vulgo commate disparantur non recte: vide Dobræum ad Pluti v. 1188.

767. *ταῦθ'*] *ταὔθ'* Boissonadius.

769. *ἐπιβολὴν*] Mulctam. Vid. Ruhnken. ad Timæum p. 116.

770. *γε* B.Δ. Vulgo *δέ*.

771. *ἢν ἐξέχῃ*] Alludit ad illud puerorum dictum, *ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε,* quo usus est comicus noster in Insulis, *λέξεις ἄρ' ὥσπερ τὰ παιδία· ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε.* De quo vide Suidam hunc locum laudantem, et Pollucem 9, 123. et 124. BERG.

772. *εἵλη*] *ἕλη* V.

ὄρθρον] *ὀρθὸν* varia lectio scholiastæ.

ἡλιάσει πρὸς ἥλιον] Jocus ex ambigua significatione verbi *ἡλιάζεσθαι*, *apricari*, et *judicem esse in Heliæa.* Qui plura cupit H. Stephani Thesaurum adeat. Ad pleniorem eorum quæ sequuntur intelligentiam legendus Pollux 8, 123. BRUNCK.

773. *νίφῃ*] *νείφῃ* R.

776. *γ'* additum ex R.V.Γ.

781. *τουτογὶ*] *τουτοὶ* V.

786. Hunc versum om. Ald., habent B.R.V.Δ.

787. *Λυσίστρατος*] Vid. Acharn. 855.

788. *σκωπτόλης*] *σκωπτόλις* R.

789. *διεκερματίζετ'* V. et Pollux 9, 89. ex codicibus corrigendus. Legebatur *διεκερμάτιζέ μ'*. Suidas, *διεκερμάτισε τὴν δραχμὴν ἐν τοῖς ἰχθύσιν*—.

791. κἀγὼ 'νέκαψ'] Nam pecuniam in ore gestabant: vid. ad Eccles. 818.

792. ὀσφρόμενος] ὀσφραινόμενος R. Conf. ad Thesm. 494.

795. γοῦν] γὰρ Suidas in ἀλεκτρυόνα.

λέγων] Scribendum γελῶν cum Tyrwhitto.

796. καὶ R.V.Γ. Vulgo περ. δῆτα om. V.Γ.

798. ταῦθ'] Quæ ad judicium facere videntur exercendum. BERG. πάνθ' Reiskius. Non opus.

799. τὰ λόγι' ὡς περαίνεται] Euripides in Cyclope 892. αἶ αἶ παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται. Phœniss. 1697. νῦν χρησμός, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται. Noster in Equit. 1046. aliter: ταυτὶ τελεῖσθαι τὰ λόγι' ἤδη μοι δοκεῖ. Ceterum Philocleo hæc secum loquitur. BERG.

800. ἠκηκόη Brunckius. Libri ἠκηκόειν.

802. ἐνοικοδομήσοι] ἐνοικοδομήσει B.C.V.Δ. Ald. ἀνοικοδομήσει R. et Kusterus. ἀνοικοδομήσοι Dawesius.

804. Ἑκάτειον Brunckius, comparata Suidæ glossa Ἑκάτειον, quæ ad Lysistr. 68. est referenda. Vulgo Ἑκάταιον. ἑκαταῖον R. ἑκατεῖον varia lectio scholiastæ.

806. γ' om. V.Γ.

809. σοφόν γε τουτί] Eupolis apud Athenæum 1. p. 17. εἶεν. τίς εἶπεν, ἀμίδα, πάμπρωτος μεταξὺ πίνων; Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν. BERG.

812. ῥοφεῖν] Ita coquebant lenticulam, ut sorberi posset: quod apparet etiam ex iambo isto apud Athenæum 4. p. 156. ῥοφεῖν φακῆν ἔσθ' ἡδὺ μὴ δεδοικότα. BERG.

819. Λύκου] Vid. ad v. 389.

820. ἄναξ] ἄναξ R.V.Γ. ὦ 'ναξ Ald.

821. χαλεπὸς B.Δ. Vulgo χαλεπόν.

823. οὔκουν ἔχει] Bdelycleo dicebat Lycum heroem similem videri Cleonymo, quia uterque esset immanis staturæ, sed servus aliam causam similitudinis affert, nempe quia neuter habeat arma: Lycus, quia erat forensis heros, non Martius: Cleonymus, quia in præliis præ timiditate arma abjecerat. BERG.

825. κάθημαι 'γὼ V. Vulgo κάθημ' ἐγώ.

826. εἰσαγάγω] εἰσάγω R.

827. ἐν τῳκίᾳ] Scribebatur ἐν τῇ οἰκίᾳ. Nunc mihi articulus delendus videtur.

828. Hunc versum servo tribuit Tyrwhittus.

προσκαύσασα] Debuisset illa ancilla observare, quod Archestratus præcipit apud Athenæum 7. p. 310. *καὶ κίνει πυκνῶς μὴ προσκαυθέντα λάθῃ σε.* Thratta autem ancilla nomen habuit a patria. Occurrit aliquoties id nomen apud comicum nostrum. BERG.

831. *πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν*] In Thesm. 638. *σὺ δ' εἰπέ μοι ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο;* Ceterum Philocleo ex nimia veneratione fori et judiciorum loquitur de illis rebus quasi sacrificiis aut mysteriis. BERG. Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 54.

ἐφαίνετο R.V.Γ. Vulgo *κατεφαίνετο.*

833. *γε*] *τε* R.V.

836. *τί δ' ἔστιν ἐτεόν; οὐ γὰρ—;*] Soph. Ajac. 1318. Ὀδ. *τί δ' ἔστιν, ἄνδρες;*—Ἀγ. *οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους;*

ὁ Λάβης] Scholia: *τῶν ἔσωθέν τις οὗτος· τῷ δὲ κυνὶ ὄνομα Λάβης, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν θηρία. τυρὸν δὲ ἥρπασεν οὗτος. ἀξιοῦσι δέ τινες ὡς παρὰ γράμμα κωμῳδεῖσθαι Λάχητα.* id etiam comicus ipse innuere videtur supra v. 240. *ὡς ἔσται Λάχητι νυνί. σίμβλον δέ φασι χρημάτων ἔχειν ἅπαντες αὐτόν.* BERG. Conf. v. 895.

837. *ἐς*] *εἰς* libri.

ἁρπάσας] Brunckius *ἐξαρπάσας* corrigebat, ne *ἰπνός* producta syllaba prima diceretur. Scribendum *ἀναρπάσας* cum Dobræo.

838. *Σικελικὴν* B.Γ.Δ. *σικελὴν* R.V. Ald. et Suidas in *τροφαλίς*. "Infra 897. in impressis etiam bene legitur *τὸν Σικελικόν.* Siculi autem ideo casei mentio fit, quia Laches hic innuitur, qui Præfectus classis in Siciliam missus fuerat Olymp. 88, 2." BRUNCK.

844. *χοιροκομεῖον Ἑστίας*] Cavea pro alendis porcellis. Hæc jam erit instar cancellorum judicii. BERG. Vide ad Lys. 1073. BRUNCK. Servo et hæc et proxima illa *οὐκ, ἀλλ'— τινά* tribuit Ald. Tacite correctum in editione Brunckiana.

847. *τιμᾶν βλέπω*] Acharn. 375. *οὐδὲν βλέπουσιν ἄλλο, πλὴν ψήφῳ δακεῖν.* BERG.

848. *σανίδες* sunt tabellæ, in quibus, postquam ex urnis calculos effuderant, eosque numerarant, si damnatorii plures essent, judices longam illam lineam ducebant, de qua supra v. 106. quamque judex noster ungue ducere solebat. At alii illam *stylo*, *ἐγκεντρίδι*, ducebant, ut docet Pollux, cujus locum

protuli in nota ad v. 167. Simile quid post σανίδας inferri debuisse videtur. Quam bene autem scholiastes vocem γραφὰς exponat *stylum*, alii dixerint: γραφὰς δὲ νῦν, ἀντὶ τοῦ τὸ γραφεῖον, ἐν ᾧ ἔγραφον. Nusquam, quod sciam, nomen γραφὴ ea significatione occurrit. BRUNCK. Photius p. 500, 15. σανίδα: τὰ λεύκωμα ὅπου αἱ δίκαι λέγονται. σανίς: καὶ ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν, καὶ ἐν ᾗ τὰς δίκας ἐνεχάραττον. τὸ μὲν ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, τὸ δὲ ἐν Σφηξὶ δεδήλωται. Apparet ex his Brunckium ab scholiasta deceptum male hæc esse interpretatum. σανίδες sunt λευκώματα, tabulæ gypsatæ, quibus caussæ coram judicibus agendæ inscribi et promulgari solebant, γραφαί autem libelli accusatorii.

849. διατρίψεις] Scribendum διατρίβεις cum R.Γ.

851. ἰδοὺ κάλει νυν, omissis, quibus etiam R.V. carent, personarum notis editiones ante Brunckium.

852. ἐς κόρακας] ἢ 'σκόρακας Γ. ἢ σκόρακας V. εἰς κόρακας R. Conf. ad v. 982.

854. καδίσκους—ἀρυστίχους] καδίκους—ἀρυστίκους R.

857. δεόμεθα C.R.V.Γ. δεόμεσθα Ald.

κλεψύδρας] Quis clepsydræ usum ignorat in foro Attico. Vide Maussacum ad Harpocr. in διαμεμετρημένη ἡμέρα, et Valesium ad notas p. 108. BRUNCK.

858. ἡδί, nempe ἡ ἀμὶς, *matula*, quam ei filius adtulerat, supra 807. Scholiastes: μήποτε τὸ αἰδοῖον αὐτῷ δείκνυσιν ὁ πρεσβύτης, ὅτι οὐρεῖ ὡς ἡ κλεψύδρα. Longius hoc petitum videtur. BRUNCK.

861. λιβανωτὸν] In Ranis 895. ἴθι νυν, λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω, ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων. BERG.

865. λέξομεν] ἕξομεν V.

867. ξυνέβητον] ξυνεβήτην Elmsleius ad Acharn. 733.

873. παυσαμένοις R.V. παυσομένοις Γ. Vulgo ὡς παυσαμένοισι τῶν. Versus dochmiacus.

πλάνων] πλανῶν R. πλάνου Γ.

875. γεῖτον ἀγυιεῦ] Cognomen Apollinis est 'Αγυιεύς. Euripides in Phœniss. 634. καὶ σὺ Φοῖβ' ἄναξ 'Αγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε. Dicitur autem sic ab ἀγυιὰ, *via urbana*. Macrobius Saturnal. 1, 9. idem Apollo apud illos et 'Αγυιεὺς nuncupatur, quasi viis præpositus urbanis: illi enim vias, quæ intra pomœria sunt, ἀγυιὰς appellant. BERG. Plautus Bacch. 2, 1. 3.

Saluto te, vicine Apollo, qui ædibus | Propinquus nostris accolis, veneroque te. BRUNCK. Vid. Sluiteri Lect. Andocid. p. 48.

προθύρου] προυπύλου (sic) V.

προπύλαιε Scaliger ad Virgilii Culicem p. 8. πρὸς πύλας Ald. προσθπύλας (sic) R. προπύλου V.

877. αὐτοῦ] αὐτὸ R.

τοῦτο Elmsleius ad Euripidis Med. p. 222. Vulgo τουτί.

878. σιραίου] Scholia: μὴ σίραιον, ἀλλὰ μέλι παραμίξας. σίραιον δὲ τὸ ἑψημένον γλεῦκος, βραχὺ δ' ἔχον παράπικρον ὅτε καθεψηθῇ. Verti debuit *pro sapa*. Diversum est enim quod Latini *defrutum* appellabant. Plinius H. N. 14, 9. p. 719. Siræum, quod alii hepsema, nostri *sapam* appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, *defrutum* vocamus. BRUNCK.

μέλιτος—παραμίξας] Eadem fere sententia verbis magis propriis in Pace 996. μίξον δ' ἡμᾶς—φιλίας χυλῷ, καὶ ξυγγνώμῃ τινὶ πρᾳότερᾳ τὸν νοῦν κέρασον. BERG.

μικρὸν R.V. et Suidas in σίραιον. Vulgo σμικρόν.

880. τοὺς φεύγοντάς τ'] καὶ τοὺς φεύγοντας R.Γ.

885. ξυνευχόμεσθα R.V.Δ. Vulgo ξυνευχόμεθα. Lacuna sic explenda videtur ξυνευχόμεσθα ταῦτά (vel ταὐτά) σοι κἀπᾴδομεν.

886. νέαισιν V. Vulgo ἐν νέαισιν.

ἕνεκα] εἵνεκα R.V.Γ. εἵνεκά γε Δ. ἕνεκά γε Ald.

887. ἐξ οὗ R.Γ. Vulgo ἐξότου.

888. ᾐσθόμεσθα B.R.Δ. Vulgo ᾐσθόμεθα. ἡδόμεσθα V.

890. τῶν γε νεωτέρων] τῶν γενναιοτέρων R.V.Γ. Utramque scripturam cognitam habuit scholiasta. Vulgo τῶν νῦν γε σοῦ νεωτέρων.

891. θύρασιν R. Vulgo θύραισιν.

892. ἐσφρήσομεν R.V.Γ. Vulgo εἰσφρήσομεν.

693. ἆρ'] ἄρα R.V.Γ.

894. ΒΔΕΛ.] θε. R. Ald. Xanthiæ tacite tribuit Brunckius. Bdelycleonis esse intellexit Elmsleius. Agit autem Bdelycleo thesmothetæ partes.

ἐγράψατο Bentleius. Libri ἧς ἐγράψατο, nisi quod ἧς γράψατο B.Δ.

895. κύων Κυδαθηναιεὺς] Hoc nomine Cleonem notari (quem

ex pago illo oriundum fuisse constat ex Demosthene p. 1016, 3.), animadvertit scholiasta is, qui annotationem ad v. 970. (964. Kust.) scripsit. Cum cane se ipse comparat Cleo in Equit. 1023. ubi oraculum interpretatur, ἐγὼ μέν εἰμ' ὁ κύων· πρὸ σοῦ (pro populo) γὰρ ἀπύω.

Λάβητ' Αἰξωνέα] Lachetem intelligi vidit scholiasta: de quo dictum ad v. 836. Eum Æxonensem fuisse ex Platonis Lachete p. 167 c. ostendit Mitchellus. Lachetis autem caussam hodie agi dixerat chorus judicum v. 240.

897. τὸν Σικελικὸν] Caseus e Sicilia erat in pretio. Antiphanes apud Athenæum 1. p. 27. τυρὸς Σικελὸς, μύρον ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλεις Βοιώτιαι. Sed non tantum propterea meminit Aristophanes Siculi casei; verum etiam quia Laches, qui hic sub Labetis canis nomine latet, in rebus a se circa Siciliam gestis fraude aliqua fuit usus, ut quosdam sentire ait Scholiastes. BERG.

900. καὶ om. V.

κλέπτον] κλεπτὸν R.

κλέπτον βλέπει] Scholia: ἀντὶ τοῦ κλεπτικόν. Sæpe ita loquuntur, quia ex vultu fere ingenium, mores atque affectus hominum cognoscuntur. Sic v. g. γλίσχρον βλέπειν. Euphron comicus apud Athenæum 9. p. 377. καὶ γὰρ αὐτὸς οὑτοσὶ προσέρχεθ' ὁ γέρων. ὡς δὲ καὶ γλίσχρον βλέπει. BERG.

902. Hic versus continuabatur Philocleoni. Bdelycleonis esse vidit Elmsleius.

ποῦ μοὐ] ποῦ δ' οὐ Δ, et sic, ni fallor, B.C.R.Γ, vel ποῦ δ' οὐ, quod est in V. ποῦ δ' ὃυ Ald. ποῦ δ' ὁ Kusterus et Brunckius tacite. Restitui ποῦ μοὐ, id est ποῦ μοι ὁ. Eadem crasis obliterata in libris plerisque Eq. 1237. Perinepta est annotatio scholiastæ, qui ipse quoque ποῦ δ' οὐ legit. Frequens autem illud ποῦ μοι est, velut Pac. 1295. ποῦ μοι τὸ τοῦ Κλεωνύμου 'στὶ παιδίον;

903. Totum versum Bdelycleoni tribuit R. Bdelycleoni solum πάρεστιν, proxima autem ἕτερος—χύτρας Philocleoni tribuenda esse vidit Dobræus. οὗτος bis ponit R.

904. γ' om. Γ.

διαλείχειν τὰς χύτρας] In Equit. 1034. in oraculo de Cleone, νύκτωρ τὰς λοπάδας καὶ τὰς νήσους διαλείχων.

1164. — 1169. Interpositi hi versus sunt, ut histrio, qui nuncii partes egit, denuo prodire possit v. 1170. suscepta alterius nuncii persona. Idem infra v. 1271. præconis partes agit, et rursus nuncii v. 1706.

1169. πυρρίχην βλέπων] Schol. ἔνοπλον καὶ πολεμικόν τι. ἔνοπλος γὰρ ὄρχησις ἡ πυρρίχη. Sic Pl. 328. βλέπειν Ἄρην. Conc. 291. βλέπειν ὑπότριμμα. Vesp. 455. βλέπειν κάρδαμα. Equit. 631. βλέπειν νάπυ. Hippomedon apud Æschylum S. Th. 500.

βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, θυιὰς ὥς, φόβον βλέπων.

Tueri et *spirare* hoc sensu promiscui sunt usus. Supra 1121. Ἀλφειὸν πνέων, id est συντόνως τρέχων, ὡς Ὀλυμπιακὸς σταδιοδρόμος. BRUNCK.

1173. εἰσέπτατ'] ἐσέπτατ' R.V.Γ.Δ.

ἐς Γ. εἰς vulgo.

1181. ἀετός] Libri αἰετός.

1182. ῥοιζήμασιν] ῥοιζήματι A.

1187. παῖε B.V.Γ.Δ. et Vaticanus. πας R. πᾶς A. πᾶς τις C, Ald. et scholiasta ad v. 1118.

1193. ὃν R.V.Γ.Δ. Vulgo ὅν γ'.

Ἔρεβος ἐτέκετο. Antequam aër esset, fuit erebus, in cujus sinu Nox peperit ovum illud, unde Amor natus est, qui materiam ὁμοιογενῆ congregavit. Supra 694. Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν· Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις — τίκτει πρώτιστον Νὺξ etc. BERG.

1196. Exciderunt syllabæ quattuor. ἄθρει δὲ πᾶς τις πανταχῆ κύκλῳ σκοπῶν Reisigius Conject. p. 276.

1197. πεδαρσίον] μεταρσίον (γρ. πεδαρσίον) Γ. μεταρσίον Vaticanus. Male. Imitatur, ut in præcedentibus versibus dochmiacis, sermonem tragicum.

1203. πλοῖον ἢ κυνῆ] *Navis an galea?* Navem putat aut, quia vestis ejus est sinuosa, ut sunt vela navium, aut propter alas, quas habebat; habent enim et naves quasi alas quasdam remos; galeam autem putat esse omnino propter pennas et alas,

quia galeæ plumas habent. *Ex scholiis*; in quibus etiam κυνῆ pro petaso accipitur, qualem Mercurius deorum nuncius gestat. BERG.

1204. Πάραλος ἢ Σαλαμινία] Quia dixerat Ἶρις ταχεῖα, i. e. vi etymologiæ, *Nuncia velox*, iste putat eam esse unam ex duabus illis navibus publicis, quarum altera Πάραλος, altera Σαλαμινία vocabatur: quibus utebantur Athenienses, quoties aliquid celeriter erat per mare *nunciandum* aut expediendum; erant enim expeditissimæ καὶ μάλιστα ταχυναυτοῦσαι. BERG.

1206. ἀναπτάμενος] ἀναπτόμενος Δ.

συλλήψεται Elmsleius ad Acharn. 178. Libri ξυλλήψεται.

1207. μακρὰ codex Vaticanus. Libri reliqui μακρὰν, quod in hac formula nusquam dixit Aristophanes.

1208. τουτὶ πρᾶγμα Elmsleius ad Acharn. 178. Legebatur τουτὶ (τοῦτο B.C.Δ.) τὸ πρᾶγμα. τὸ post τουτὶ non raro addiderunt librarii.

1209. ἐς Γ. εἰς vulgo.

1210. οὐκ οἶδ' ἔγωγε μὰ δία A. Male. Vid. v. 1220.

1212. κολοιάρχαι hic sunt præfecti excubiarum vel custodum. κολοιοῖς enim sive graculis custodia novæ urbis Nephelococcygiæ commissa erat, ut patet ex v. 1174. λαθὼν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους. KUST.

κολοιάρχους] κολοιάρχους πῶς R. E qua lectione factum κολοιοὺς πῶς est in A.V.Γ. et Vaticano.

1213. σφραγῖδ' ἔχεις] Nomen σφραγὶς anulum significat, et impressum anuli signum. Sic Gallis nomen *cachet* et signatorium instrumentum, et signum expressum significat. Posteriore sensu hic accipitur, ut bene interpretatur scholiastes: οἷον σύμβολον ἐπὶ τῷ συγχωρηθῆναι παρελθεῖν. *Avez-vous pris un cachet, un billet, un passeport?* Ineptum est quod comminiscitur Berglerus, respici ad id quod supra v. 560. diis interminatus fuerat Pisthetærus: ἐπιβάλλειν σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν. BRUNCK.

1217. οὕτω] οὕτως Ald.

1218. Idem versus 192.

1219. ποίᾳ] ποῖ R.

1221. Legebatur ἀδικεῖς δὲ (με pro δὲ R.) καὶ νῦν. Verissimum hoc est, injuriam facere Iridem, neque in ea re hæremus: sed ineptus est in vulgata scriptura sententiarum nexus et

ordo. Quare emendavi ἀδικεῖ, secunda persona, quod iis quæ statim sequuntur egregie confirmatur, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες. Hoc dicit Pisthetærus, quid quod injuria tibi sit? nam si paterere quam promerita es pœnam, comprehensa morereris. Ejusmodi est Plauti illud in Aulularia 4, 4, 15. A. Facisne injuriam mihi, an non? B. Facio, quia non pendes, maximam. Euripides in Heraclidis v. 970.

τότ' ἠδικήθη πρῶτον οὐ θανὼν ὅδε.

In quo versu, ab Barnesio et Musgravio recte intellecto, miror hæsisse Elmsleium. Ceterum illud vix opus moneri, καὶ non esse cum νῦν, sed cum ἀδικεῖ δὲ conjungendum.

1232. μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις] Euripides in Plisthene apud Ammonium in βωμὸς, μηλοσφαγεῖται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

1233. κνισᾶν R.Δ. Vulgo κνισσᾶν.

ἀγυιάς] ἀγυιᾶς in hoc aliisque locutionis hujus, κνισᾶν ἀγυιὰς, exemplis scribi vult Harpocratio in ἀγυιᾶς, Apollinis ἀγυιέως et βωμοῦ ἀγυιέως comparatione in errorem inductus.

1237. αὐτοὺς R.V. Legebatur αὐτοῖς. Vid. ad Eq. 72.

1239. Paratragœdiatur, ut ei terrorem incutiat. Videntur autem hæc ex Æsch. Agam. esse, ubi v. 544. καὶ πανώλεθρον αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον. Ibid. 534. Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ δικηφόρου Διὸς μακέλλῃ. Scholiastes adducit Sophoclis locum: χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ. BERG.

1242. καταιθαλώσῃ V.Γ.Δ. Vulgo καταιθαλώσει.

Λικυμνίαις βολαῖς] *Jaculationibus Licymniis*. Quidam volunt, referente schol. comicum respicere ad Euripidis *Licymnium*, in quo dramate aliquis fulmine ictus nuncietur. Quidam volunt proverbium esse. BERG. De fabula illa Eurip. cf. Valck. Diatr. in fr. Eurip. p. 17. s. Secundum Hesych. in (Λικύμνιος, ubi v. Alb.) non homo, sed navis fulmine tacta referebatur. BECK.

1244. Faceta hic est imitatio eorum, quæ Admeto ap. Eurip. in Alcest. dicit Pheres v. 686.:

ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς; πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν; BRUNCK.

1247. Verba καὶ δόμους 'Αμφίονος ex Æschyli Niobe sumta esse annotavit scholiasta.

1248. ἀετοῖς] Libri αἰετοῖς.

1250. ὄρνις A. Reliqui libri ὄρνεις. Eadem diversitas apud Suidam in παρδαλᾶς.

1251. πλεῖν ἑξακοσίους] γρ. πλὴν (corr. πλεῖν) ἢ 'ξακοσίους Γ. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 411.

1252. Πορφυρίων] Nunc Porphyrionem gigantem intelligit, cujus meminit Horatius carm. 3, 4, 54. BRUNCK.

1254. σκέλη] σκέλει R.

1256. τριέμβολον] Quod hic τριέμβολον, id voce simplici ἔμβολον videtur vocasse in fragmento quod citat Athen. 1. p. 29. ex posterioribus Thesmophoriazusis, οἶνον — ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον (mentulam). BERG.

1259. ἢ μήν σε παύσει Bentleius. Legebatur ἢν μή σε παύσῃ (παύσει R.).

1262. ἀποκεκλῄκαμεν Reiskius. Aberat iota subscriptum.

1264. μηκέτι] μηκέτι γε C. et Ald.

1265. ἱερόθυτον καπνὸν jungenda, fumum, qui ex victimis immolatis oritur. BECK.

1268. βροτὸν] βροτῶν R.V.

πέμπειν A.R.Γ. Vulgo πέμπειν ἄν.

1271. Πεισθέταιρ'] Scribendum Πειθέταιρ'. Vid. ad v. 2.

1272. ὦ τρισμακάρι' ὦ κλεινότ' (sic) ὦ σοφώτατε. | ὦ γλαφυρώτατε ὦ κατ. R. Eodem verborum ordine Suidas in κατακέλευσον.

1273. κατακέλευσον notat: inspira mihi plura encomia, quibus te ornem: exhaustus enim sum; insta celeusmatibus tuis et me urge laudes tuas canentem. REISK.

1274. 1275. inverso ordine exhibet V.

1281. ἐλακωνομάνουν] Demosth. c. Cononem [p. 1267.] οἱ μεθ' ἡμέραν ἐσκυθρωπάκασι καὶ λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. BERG. Scholiasta, τῆς τῶν Λακώνων ἤρων πολιτείας. Non cogitandum hic de πολιτείᾳ. Habitum vestitumque Laconicum Athenis multi imitabantur, quemadmodum hodie Anglorum Gallorumve habitum imitantur exteri.

ᾅπαντες] πάντες Ald.

ἄνθρωποι] Scribendum ἅνθρωποι.

1282. ἐσωκράτων R. Legebatur ἐσωκράτουν. "Confer ea quæ de "Socrate et ejus discipulis dicuntur in Nub. 835." BRUNCK.

1283. σκυτάλαι et σκυτάλια dicebantur non modo epistolæ Laconicæ singulari modo convolutæ (de quo vid. schol.), sed

etiam ipsi baculi, scipiones, circa quos volvebantur. Vid. Hesych. ejusque interpr. BECK. σκυτάλια producto α dixit ut Nicopho in fragmento ab scholiasta allato, οὐκ ἐς κόρακας τὼ χεῖρ' ἀποίσεις ἐκποδὼν | ἀπὸ τοῦ σκυταλίου (adde τε) καὶ τῆς διφθέρας. Ex quo sequitur νυνὶ in νῦν esse mutandum cum Porsono.

1287. ἡμεῖς] ὑμεῖς Δ.

ἐπὶ νομὸν] Jocus ex ambigua significatione vocis νομος, *lex* et *pascuum*. BRUNCK.

1288. κατῆραν ἐς τὰ βιβλία] Postremum dictum est pro λειμῶνας, ut notaret in Atheniensibus studia rerum forensium, nam βιβλία forenses libelli, plebiscita maxime, sunt. BECK. βυβλία R.Γ.Δ. Ald.

1292. Πέρδιξ nomen est proprium cauponis cujusdam, qui claudus erat. Vide fragm. Anagyri ab scholiasta allatum. BRUNCK.

1294. 'Οπουντίῳ] Hujus hominis mentio facta supra v. 153. Ad utrumque locum respicit Eustathius ad Hom. p. 277. 'Οποῦς, 'Οποῦντος. τὸ ἐθνικὸν 'Οπούντιος, ὡς ὑποδηλοῖ καὶ ὁ κωμικὸς, ἔνθα 'Οπούντιόν τινα σκώπτει, 'Αθηναῖον ἄνδρα μὴ ἀκεραιούμενον τὴν συζυγίαν τοῖν ὀφθαλμοῖν. BRUNCK.

1295. Φιλοκλέει A.R.V. Vulgo Φιλοκλεῖ. De Philocle vide schol. ad h. l. et ad Thesm. 168.

χηναλώπηξ] Alii etiam ita cognominati fuerunt; vid. Eq. 1066. propter vafritiem. BERG.

Θεογένει] Scribebatur Θεαγένει. Vid. ad Pac. 928.

1296. ἶβις Λυκούργῳ] Quis fuerit iste Lycurgus, quem hic defricuit comicus, aut unde duceretur ibidis ludibrium et contumelia, sive fuerit ob crurum gracilitatem, ut nonnulli existimarunt, sive propter generis peregrinitatem, ut aliis potius visum est, sive denique, quod vita et moribus Ægyptios referebat, nam et id quoque inter alia conjicitur: ea utique omnia et ego nescio et posteri fortasse nescibunt. Non fuit certe Lycurgus orator (quod videbatur Pseudoplutarcho in vita decem orat. p. 843 d.), neque propter ejus in judicando acrimoniam hæc dici potuerunt, quum Aristophanes hanc fabulam docuerit ante natum Lycurgum, aut certe prius quam in republica versaretur. TAYLOR. præfat. ad Lycurg. p. 110. ed. Reisk.

Χαιρεφῶντι νυκτερὶς] Scholiasta, ὁ Χαιρεφῶν μέλας καὶ ὠχρός. Conf. Nub. 104.

1297. Συρακοσίῳ Bentleius. Libri Συρακουσίῳ.

Μειδίας] μιδίας R.

1298. ᾗκεν] ἥκεν R.V. Ald. εἶκεν B.Γ.Δ. Grammaticus codicis Barocciani 50. in Bekkeri Anecd. p. 1379. et Suidas, ᾗκει: ἀντὶ τοῦ ἐῴκει. ὄρτυξ καλεῖτο (καλεῖται Suidas) καὶ γὰρ ᾗκει ὄρτυγι.

1299. στυφοκόπου] στυφοκόμπου libri omnes, hancque scripturam agnoscunt, præter schol., quem descripsit auctor Etym. M., Hesychius et Suidas. Mendosa tamen est. Genuinam nominis formam satis declarat Pollux 7, 136. ὁ γὰρ ὀρτυγοκόπος ἐστὶν ἐν χρήσει καὶ ὀρτυγοπώλης καὶ στυφοκόπους αὐτοὺς οἱ κωμῳδοὶ καλοῦσιν. Idem 9, 107. καὶ μέντοι καὶ τὸ ὀρτυγοκοπεῖν παιδιὰ, καὶ τὸ πρᾶγμα ὀρτυγοκοπία, καὶ οἱ παίζοντες ὀρτυγοκόποι καὶ στυφοκόποι ἐκαλοῦντο. Sic apud Onomasticum legendum esse vere censet Kühnius, monens στυφοκόπους dici coturnicum magistros a στύφω *spisso, crassum reddo,* quia nutriebant coturnices, et κόπτω *cædo,* quia in commissionibus cædebant, vellicabant, coturnices. Quid, malum, significatio verbi κομπέω commune habet cum ὀρτυγοκοπίᾳ? Insititiam esse aiunt literam μ. Quorsum? nonne comicis metris (nam vox illa comica est, quod probe observandum), tam apta est tertia brevi quam longa? Sic multis in libris ὄμβριμος legitur, qua in voce etiam μ insititium esse tradunt: sed insitio illa barbariei commentum est. Vide quæ paucula notavimus ad Æsch. S. c. Th. 796. Ut gallinaceorum, publice Athenis coturnicum certamina exhibita fuisse fidem facit Lucianus in Anacharside vol. 2. p. 918. Præterea ludus erat, quo se privatim oblectabant. Eum describit Meursius de Ludis Græcorum in Ὀρτυγοκοπία, ubi στυμφοκόποι habet, quam scripturam in altero loco exhibent Pollucis libri, non minus mendosam quam στυφοκόμποι. Simili errore in scholiis legitur ὑπ' ὀρτυγοκόμπου. Genuinæ scripturæ indicium etiam servavit accentus. Nam si κόμπος pars esset compositionis hujus nominis, scribendum esset στυφόκομποι, non vero στυφοκόμποι. Hesychii interpretationem secutus est doctissimus Hemsterhusius, quam ex supradictis falsam esse liquet. στυφοκόπος dicitur is, qui coturnicem suam contra alterius coturnicem committit. Græcum nomen vix Latino reddere

possis. Si avis ipsa *στυφοκόπος* etiam appellata fuit, quod minus probabile videtur, nec tamen præfracte negare ausim, et in gallinaceorum pugna validior gallus sic dictus fuerit, hic, quia de coturnice agitur, saltem vertendum erat: *similis est coturnici a validiore in pugna caput ictæ.* Sed malim *a lusore caput ictæ.* BRUNCK.

1301. *χελιδὼν*] Ut in carmine Simonidis, quod scholiasta memorat.

ἐμπεποιημένη] *ἐμπεπλεγμένη* (*γρ. καὶ ἐμπεποιημένη*) Γ. *ἐπτερωμένη* codex Vaticanus.

1303. *σμικρὸν* B.R.V.Γ.Δ. *μικρὸν* Ald.

1308. *ἆρα*] *ἄρα* Ald.

1313. *τὰν*] Legebatur *τάνδε*.

1314. *καλοῖ* B.C.Δ. Legebatur *καλεῖ*.

ἀνθρώπων A.R.V.Γ. Legebatur *ἀνθρώπων ἄν*.

1320. *ἀμβρόσιαι Χάριτες* A. Vulgo *ἀμβροσία, Χάριτες*.

1322. *εὐάμερον* B.V.Δ. Vulgo *εὐήμερον*.

1326. *αὖθις*] *αὖτις* libri.

ἐξόρμα A.R.V. et scholiasta. *αὖ γ' ἐξόρμα* vulgo.

1328. *ἐστί τις* Bentleius. Legebatur *τίς ἐστιν*. *τις* om. B.C.

1333. *θαλάττι'* codices. *θαλάσσι'* Ald.

1334. *πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν*] Viri cujusque indolem spectans. Aristides vol. 1. p. 38, 3. *τὰ δ' ἐν μέρει πρὸς ἄνδρα ὁρῶν ἤδη διεδίδου*.

1337. *γενοίμαν αἰετὸς*] Ex Sophoclis Œnomao dicitur in scholiis. Ridet autem dithyrambicos et tragicos, qui sæpe alas sibi optant, aut se in aves mutari: aut tales introducunt. Eurip. Hippol. 732. *ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, ἵνα με πτεροῦσσαν ὄρνιν θεὸς ἐν ποταναῖς ἀγέλῃσι* [*εἰνὶ ποταναῖς ἀγέλαις*] *θείη· ἀρθείην δ' ἐπὶ πόντιον κῦμα*. BERG.

ἀετὸς] *αἰετὸς* Brunckius.

1338. 1339. In unum versum conjungendi.

ὑπὲρ additum ex A.B.R.V.Γ, om. Ald.

ἀτρυγέτου] Id est *ἀτρυγέτου θαλάσσης*. Ridet inanem verborum strepitum poetarum dithyrambicorum.

1340. *οὐ*] *δ' οὐ* V.

ἄγγελος] Libri *ἄγγελος*.

1341. *ἀετοὺς* Brunckius. *αἰετοὺς* Ald.

1343. Videtur hic versus in quibusdam libris olim non lectus,

neque a poeta, sed a grammatico Aristophane lacunæ explendæ caussa esse adjectus. Scholiasta *οὐκ ἔστιν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι: μετὰ τοῦτον ἑνὸς στίχου φέρουσί τινες διάλειμμα, καὶ Ἀριστοφάνης* (scr. *Ἀριστοφάνους*, grammatici) *πλήρωμα οὕτως· ἐρῶ δ' ἔγωγε τῶν ἐν ὄρνισι νομῶν.*

ἔγωγε] *ἐγώ τι* R.V. *ἐγώ τοι* Bekkerus.

1343. 1345. 1346. Aldus et aliquot codices *νόμῶν* et *νόμοί* duplici accentu, ambiguitatis significandæ caussa. Vid. Elmslei. ad Eurip. Medeam p. 272.

1347. *νομίζεταί* R.

1354. *ταῖς — κύρβεσιν* R. et scholiasta. Legebatur *τοῖς — κύρβεσιν.* Vid. schol. Paris. ad Apollon. Rhod. 4, 280.

πελαργῶν] Ciconiæ dicebantur parentes senes alere: vid. Aristot. H. A. 9, 13. Ælian. N. A. 3, 23. 10, 16. Plin. H. N. 10, 23. Suidam in *ἀντιπελαργεῖν.* BECK.

1356. *πελαργιδῆς*] Scribebatur *πελαργιδεῖς.* De illa accusativi forma dixi ad Soph. Ajac. 390.

1358. *τἄρ'*] *γὰρ* libri. Correxit Elmsleius ad Acharn. 323.

ἂν additum ex R.V.Γ. et Vaticano.

Δί' R.V. Vulgo *τὸν Δί'.*

1360. *οὐδέν γ'*] Conf. ad Nub. 694.

μέλε] *μέλε'* Γ.

1363. *ἢ*] *ἦν* A. *ἢ* scholiasta et grammaticus in Montefalc. Bibl. Coislin. p. 233.

1364. *ταυτηνδὶ* Elmsleius in *Quarterly Review* 14. p. 449. *ταύτην δὲ* R.V.Γ. *ταύτην δέ γε* vulgo.

1365. *τὴν πτέρυγα — τὸ πλῆκτρον — λόφον*] Propterea accesserat hospes, ut fieret gallus gallinaceus, qui contra patres solent insurgere; ut recte sentit in scholiis Didymus: *ἦλθε γὰρ ὡς ἀλεκτρυὼν πτερωθῆναι, ἐπεὶ ἐκεῖνοι τοὺς πατέρας τύπτουσι·* de qua re et comicus Nub. 1434. *σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα βοτὰ ταυτὶ, ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται.* Cum itaque hoc animo accessisset, non transformatur quidem in gallum, sed armis instruitur quasi gallus; clypeo tamquam ala, gladio tamquam calcari, quod galli gestant, galea tamquam crista gallorum. *Ex scholiis.* BERG.

τουτὶ] *τοῦτο* R.

θἀτέρᾳ] Scribebatur *θὴτέρᾳ.* Conf. ad Soph. Trach. 272.

1366. *τουδὶ*] *γε τὸν* vulgo. *τόνδε τὸν* R.V.Γ.

1369. ἐς] εἰς libri.

τἀπὶ Θρᾴκης] Urbes Thraciæ ita dicuntur Thuc. 2, 9. Athenienses tum sæpe expeditiones in Thraciam susceperunt contra Perdiccam, Macedoniæ regem, et Lacedæmonios. v. Thuc. 4, 75. BECK.

1370. *Διόνυσον*] *διόνυσσον* R.

1372. *'Αναπέτομαι — κούφαις*] Anacreontis versus apud Hephæstionem p. 52. ed. Gaisford. ex carmine quod primi cujusque versus arsin solutam habuit, majoris animi motus exprimendi caussa. In editione Oxoniensi per errorem legitur *'Αμπέτομαι*.

1377. *τε νέαν* A.B.R.V.Γ.Δ, Vaticanus, et scholiasta. *γενεάν* Ald.

ἐφέπων] *ἐπέων* varia lectio scholiastæ.

1378. *φιλύρινον, tiliaceum.* Athenæus p. 551. d. ubi hujus Cinesiæ meminit: *ἄλλοι δ' αὐτὸν, ὡς καὶ 'Αριστοφάνης, πολλάκις εἰρήκασι φιλύρινον Κινησίαν, διὰ τὸ φιλύρας τοῦ ξύλου λαμβάνοντα σανίδα συμπεριζώννυσθαι, ἵνα μὴ κάμπτηται, διά τε τὸ μῆκος καὶ τὴν ἰσχνότητα.* Cinesiæ gracilitatem alibi irridet comicus. Vide Ran. 1437. et Gerytadæ fragm. 9. [fr. 198.]. Quod sequitur apud Athenæum non intellexit interpres: *ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης, καὶ δεινὸς τἄλλα* — id minime significat *valetudinarium* eum fuisse, sed *morbosum*, eo sensu, quo dixit Catullus 57, 6. de Mamurra et Cæsare:

Morbosi pariter, gemelli utrique.

Cinædum eum fuisse innuit comicus Conc. 329. BRUNCK. *φελύρινον* R.

1379. Hunc versum citat Pollux 4, 188. ubi differentiam statuere videtur inter *χωλὸν* et *κυλλὸν*, quorum illud proprie de pede, hoc de manu dicatur. Jocus est in *κυλλὴν χεῖρα* Equit. 1082. *κυκλεῖν πόδα* tragica est locutio. Euripides Or. 631. *ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς*; Sophocles Aj. 19. *κυκλεῖν βάσιν* dixit. *ἀνὰ κύκλον*, ut Ran. 440. *χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον.* Perperam in A. scriptum *κυκλοῖς*. BRUNCK.

1381. *λιγύφθογγος* A, superscriptum in B, R.V.Γ, scholiasta. *λιγύμυθος* B, Ald. et *γρ.* V. *γρ. λιγύμυθος ἢ λιγύμοχθος* Γ. *λιγύμοχθος* annotatum in B. et ab scholiasta.

1384. *ἀναπτόμενος*] *ἀναπτάμενος* A.

1385. *ἀεροδινήτους καὶ νεφοβόλους* A.

1389. Addidi *τινά*. Sed fortasse præstat cum Dobræo scribi *ἀέρια καὶ σκότι' ἄττα καὶ κυαναυγέα.*

σκότια R.V.Δ. *σκότιά γε* vulgo. *σοι*

1392. *σοι*] *σου* A.Δ. et scholiasta. *σου* B.

1393. *πετεινῶν* Vaticanus. *πετηνῶν* V.Γ.Δ. Ald.

1394. Idem versus 254.

1395. *ἀλάδρομον* Brunckii editio. *ἀλαδρόμον* Ald.

1396. *πνοαῖσι* R.V.Γ. Vulgo *πνοιαῖσι*. Post *βαίην* comma ponendum. *γρ. βαίνων* V.

1397. *ἢ 'γώ*] *ἤγώ* R. *ἢ 'γώ* Vaticanus. *ἐγώ* vulgo. *ἔγωγε* B.Δ.

1398. *στείχων*] *στίχων* Γ.

1406. *Λεωτροφίδῃ*] Scholia: *βούλει τῷ Λεωτροφίδῃ τὴν Κεκροπίδα φυλὴν διδάσκειν*; et iterum: *θέλεις οὖν καὶ τῷ Λεωτροφίδῃ χορὸν ὀρνέων διδάσκειν*; Facit autem hujus mentionem, quia et iste, ut Cinesias, fuit macer et exili corpore; de quo Leotrophide Hermippus ap. schol.: *ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοΐδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος*. BERG.

1407. *Κεκροπίδα φυλήν*] Id est, ex tribu Cecropide. BECK.

1409. Hunc versum om. R.

1410. Alcæi locum profert scholiastes, ad quem respexisse comicum putat: *Ὄρνιθες τίνες οἵδε; Ὠκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων* [*οἵδ'; ὠκεανῶ γᾶς ἀπὸ περράτων*] *ἦλθον, πανέλοπες ποικιλόδειροι, τανυσίπτεροι*. Aliumque Simonidis: *Ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἁδυόδμου, κυανέα χελιδοῖ*. Sic legendum esse Simonidis fragmentum nemo non videt, quod duabus mendis inquinatum est in vulgatis libris. Ut id jam antea correxeram, scriptum reperi in margine codicis C. BRUNCK.

ὄρνιθές τινες] Scribebatur *ὄρνιθες τίνες*, quod Alcæus dixerat, Aristophanes autem leviter mutatum rei præsenti accommodavit.

οἵδ'] *οἵδε* libri, in fine versus.

1416. Quia sycophanta detrita veste indutus erat arcendoque frigori parum idonea, Pisthetæro videtur hirundinem invocare, veris indicem multisque etiam hirundinibus egere, sive adulto vere, quia, ut est in proverbio, *μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ*, *une hirondelle ne fait pas le printemps*. BRUNCK.

1418. *δεῦρ'*] *δῆτ'* Δ.

1419. *δεῖ χρὴ* R.V.Γ.Δ. Vulgo *χρὴ δεῖ*.

1420. usque ad finem fabulæ exciderunt ex Γ.

1421. *Num Pellenem volare cogitas?* Quia Pellene, in urbe Achaiæ, præmia athletis dabantur lænæ, quæ ibi texebantur

præstantissimæ. Vide Hesychium in Πελληνικαὶ χλαῖναι. Eustathius ad Homerum p. 292, 6. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς ἔπαθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀγῶσιν, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ ἐν Ὄρνισιν. Harum lænarum meminit Pindarus Olymp. 9, 146. καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὔδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν Πελλάνᾳ φέρε. BRUNCK.

1426. ὑπὸ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον; Sic optime A. [et V.Δ.]. Vulgo ὑπαὶ πτερύγων τί προσκαλεῖν —. Poeticum ὑπαὶ in senariis comicis locum non habet. προσκαλεῖ secunda persona est indicativi præsentis medii. BRUNCK. προσκαλεῖ etiam R. De ὑπαὶ πτερύγων conf. Acharn. 970.

1427. με] γ' ἐμὲ R. γέ με V.

1429. Supra 1136. ἧκον — γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους. Ut autem hic καταπίνειν δίκας, ita φαγεῖν δίκην Vesp. 1365. BERG.

1432. σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι] Proverbium, de quo vid. Suidam in ἐπίστω et οὐκ ἐπίσταμαι.

1434. χρῆν] χρὴ A.B.

1435. τοῦ] τῶν τοῦ R.

1437. τοι R.V. et Eustathius p. 85, 35. et 1055, 21. Legebatur ταῦτα.

1438. ἄνδρα] ἄνδρας V.

τοῖς] τοι Dobræus.

1440. γε Bentleius. Libri τε. Conf. v. 139. καλῶς γέ μου τὸν υἱὸν —.

Διιτρέφης] Legebatur ὁ Διιτρέφης. Articulum delevit Elmsleius ad Eurip. Med. p. 139. De Diitrephe conf. ad v. 798.

1443. ἀνεπτέρωκεν] ἀνεπτέρωσεν R.

1446. τἄρα] τ' ἄρα Ald. γ' ἄρα Δ.

1447. τε om. R.

1451. τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ] Eurip. Bacch. 265. Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος; Idem Or. 1153. πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ κατῄσχυνεν γένος. Noster Nub. 1224. ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ. BERG.

1454. ἱέρακος] Quia est avis rapax; ut et ipsa rapere possit miserorum bona. Supra 1111. εἶθ' ἁρπάσαι βούλησθέ τι, ὀξὺν ἱερακίσκον — δώσομεν. BERG.

1457. ὠφλήκῃ] ὀφλήσῃ B.Δ. ὀφλήσει C.

1463. V. Hesych. in Κερκυραία μάστιξ. BRUNCK. Osten-

dit ei scuticam. Fuerunt publicæ quædam scuticæ Corcyræis ad seditiosos et turbulentos, qui sæpe exoriebantur, compescendos, magnitudine insigni, ut in proverbium abierit *Κερκυραία μάστιξ*, ut docet schol. BERG. Add. Zenob. Cent. 4, 49. Quia duplici loro illud flagellum constabat, propterea mox utitur duali *πτερώ*. BECK. *Κορκυραῖα* R.V. Scribebatur *Κερκυραῖα*. *Κόρκυρα* in numis: vid. Eckhel. D. N. vol. 2. p. 178. De utraque forma dixit Eustath. ad Dionys. Perieg. 494.

1468. *στρουθοδικοπανουργίαν* diversa lectio scholiastæ.

1470. — 1493. Rectam horum versuum descriptionem dedit Gaisfordus ad Hephæstionem p. 262.

1471. *ἐπεπτόμεσθα* R.V. et Vaticanus. *ἐπετόμεσθα* Ald.

1474. *καρδίας ἀπωτέρω*] Quasi de urbe Cardia, quæ est in Thracia, loquitur; sed significat Cleonymum esse excordem sive non esse *εὐκάρδιον*, *animosum*, sed timidum. BERG.

1477. *μέγα*] Apparet, magnæ staturæ fuisse hominem. In Acharn. 88. avem ingentem descripturus dicit: *ὄρνιν τριπλάσιον Κλεωνύμου*, quasi dicat: *magno majorem*. BERG.

1478. *τοῦ* addidit Bentleius.

μὲν] *μέν γε* C.

1481. *τὰς ἀσπίδας φυλλορροεῖ*] Notatur tanquam *ῥίψασπις* Nub. 352. BERG.

1484. *λύχνων ἐρημίᾳ*] Quasi *Σκυθῶν ἐρημίᾳ*, quod est proverbium, de quo vid. schol. et Hesych. *λύχνων ἐρημία* est locus luminibus carens. Festive tamquam regionem quamdam describit, quam viderit avium chorus, quum indicare velit, noctu facile cives ab Oreste quodam, grassatore istius ætatis, spoliari et male tractari. BECK.

1490. *ἥρῳ* Bentleius. *ἥρωϊ* libri.

1491. *Ὀρέστῃ*] Hunc heroem vocat, ut ait schol., quia est cognominis filio Agamemnonis; eamdem ob causam eum dicit *μαινόμενον* Acharn. 1166. Mentionem ejus facit etiam supra 713. *εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν* —. BERG.

1492. *γυμνὸς*] Alexis ap. Athen. 6. p. 227. *τῆς νυκτὸς οὗτος τοὺς ἀπαντῶντας ποιεῖ γυμνοὺς ἅπαντας*. BERG.

1493. *πληγεὶς πάντα τἀπιδέξια*, pro *ἀπόπληκτος γενόμενος πάντα τὰ ἐπιδέξια* i. e. *quum omnes dexteræ partes corporis ei caperentur apoplexia*. Credebatur autem hoc malum immitti ab heroibus. Eo alludit comicus; quia Orestes erat cognomi-

nis heroi, sed nihil aliud vult significare, quam homines ab eo verberatos et spoliatos esse. BERG. *τἀντιδέξια* codex Vossianus in textu et in scholiis. Sic etiam Δ.

1494. *τάλας* A.B.R.V. et Vossianus. *τάλας γ'* Ald.

1495. *Πεισθέταιρος*] Scribendum *Πειθέταιρος*. Vid. ad v. 2.

1496. *οὑγκαλυμμὸς* Dawesius p. 209. (379. Kidd.). Libri *ὁ συγκαλυμμός*.

1497. *Δί'* codices. *τὸν Δί'* Ald.

1503. *ἐκκεκαλύψομαι* codices: *ἐκκαλύψομαι* Ald.

1506. *ὀλεῖ μ'* Hermannus Elem. doctr. metr. p. 131. *μ' ὀλέσει* R. *ὀλέσει* A.V, Vaticanus, Vossianus, hic cum gl. *μέλλει διαφθείρειν*. *ὀλέσεις* vulgo. *ὀλέσει μ'* Bentleius.

1508. *τουτὶ*] *ταυτὶ* R.

σκιάδειον] *σκιάδεῖον* R. *σκιάδιον* Δ.

1514. *ἄττ'*] *ἆρ'* C. *ἄρ'* Vaticanus. Vid. fragm. 499.

1517. *κνῖσα*] *κνίσσα* vulgo. *κνίσα* V.Δ.

1519. *ὡσπερεὶ* R.V. et Suidas in *Θεσμοφόρια*. Legebatur *ὥσπερ ἐν*.

Θεσμοφορίοις] *θεσμοφορίοισι* R. et Suidas.

νηστεύομεν] In Thesmophoriorum festo, quod durabat quinque dies, unus dies erat jejunii dies: in Thesm. 956. *ὅτ' ἂν ὄργια σεμνὰ θεαῖν — ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει·* et paulo post 992. *παίσωμεν — νηστεύσωμεν δὲ πάντως*. BERG.

1521. Scholia: *τὸ κεκριγότες εἰς τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς αὐτῶν·* nempe isto verbo utitur, ut significet eos tamquam barbaros vocem edere non intelligibilem. Hinc etiam infra 1627. et 1677. Triballum deum barbare loquentem introducit. Hesych. *κρίζειν* exponit *κεκραγέναι*. BERG.

1522. *ἄνωθεν ex superioribus regionibus*. Scholia: *ἀνωτέρω δέ φησιν αὐτοὺς οἰκεῖν, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἀνωτέρω οἰκοῦσιν καὶ πορρωτέρω οἱ βάρβαροι*, nempe Thraces et Illyrii. BERG.

1523. *τἀμπόρι' ἀνεῳγμένα*] Quia belli tempore cessant commercia et emporia clauduntur. Demosth. Olynth. 2. [p. 22.] *κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον*. BERG.

1524. *εἰσάγοιτο* R. Vulgo *εἰσάγοιντο*. Quod retineri poterat.

1527. *ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης*] Sic quidem libri omnes: est tamen lectio absurdissima. Vulgata versione, quam

me retinuisse piget, nihil insulsius: *unde patrius originem ducat Execestides.* Legendum Ἐξηκεστίδῃ in tertio casu, et vertendum: *Nonne enim barbari sunt, e quibus Patrius est suus Execestidi?* In inquisitione, quæ fiebat Athenis in Magistratuum natales et vitam, antequam munus inirent, quod primum quærebatur, hoc erat: εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τὸν δῆμον πόθεν, καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος. Hac de re videndi Pollucis interpretes ad 8, 85. et Petitus de Leg. Att. p. 321. Nemo pro cive Atheniensi habebatur, nisi cui esset Apollo Πατρῷος. Idcirco patres, quum in curialium albo filios suos inscribi curabant, postquam eos ad curiales deduxerant, Apollinis Πατρῴου, seu *Tutelaris* sacris initiabant, quod ostendit Demosthenis locus in Oratione contra Eubulidem p. 1315. ἀλλὰ παιδίον ὄντα με εὐθέως ἦγον εἰς τοὺς φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνος Πατρῴου ἦγον — Execestides vero, cui peregrina et servilis exprobratur origo supra v. 764. sacra Apollinis Πατρῴου, Atheniensibus civibus peculiaria, colere non poterat. Hunc iterum perstringit comicus tanquam παρεγγεγραμμένον, ξένον ὄντα, id est, per fraudem in civium albo inscriptum, facetissimeque fingit eum, tanquam barbarum, Πατρῷον seu *Tutelarem* habere deum aliquem ex barbaris illis, ὅθεν ὁ Πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδῃ. Sic loqui solent. Pollux in citatis supra verbis, εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος. Demosthenes in Orat. de Corona p. 274. καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς Πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Juxta vulgatam lectionem Execestides non amplius homo fuerit, sed ipse *Tutelaris* deus, quo nihil absurdius. BRUNCK.

1534. σπένδεσθ' codex Vossianus correctus. Legebatur σπένδησθ'.

1536. De Basilea, Jovis filia, vide scholiastam.

1538. ταμιεύει A.B.R.V, Vaticanus, Vossianus. κεραμεύει Ald.

1539. ἅπαξ ἅπαντα R.

1541. κωλαγρέτην] Scribebatur κωλακρέτην. Conf. Vesp. 695. 724.

1542. τἄρ'] γὰρ R. Vulgo γ' ἄρ'. Correxit Elmsleius ad Acharn. 323.

1543. παραλάβῃς R.V. Legebatur λάβῃς.

πάντ' V. Legebatur ἄπαντ'.

1545. ἀεί Brunckii editio. αἰεί R. et Ald.

1546. διὰ σ'] Nam Prometheus ignem Jovi surreptum cum hominibus communicaverat.

1549. Τίμων] Erat enim Timon non tantum hominum sed et deorum osor. Lucianus in cognomini dialogo facit eum sic dicere c. 34. πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ. Apud comicum Lys. 811. mulierum chorus ex propria forte hypothesi dicit Timonem tantum viros odio habuisse, quum mulieres amaret maxime. BERG.

1550. φέρε τὸ V. φέρε μοι τὸ A.R. et Vossianus. In B. τὸ inter versus additum.

σκιάδειον] σκιάδιον R.

1552. ΠΕΙΣΘ. om. R.

1553. Πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν] Hæc pendent ex superioribus, ubi chorus refert mirabilia quæ viderit a v. 1470. — 1493. A σκιὰ *umbra* et ποὺς *pes*. Scholia: γένος δέ ἐστι τῶν περὶ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν, πρὸς τῇ κεκαυμένῃ ζώνῃ· τούτους δὲ ἔχειν βήματά φασι τοῦ παντὸς σώματος μείζονα· διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν οἴκους, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ καύματος ἀναλίσκεσθαι, τετραποδηδὸν βαδίζοντας ἀνορθοῦν τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν καὶ σκιάζειν τὸ λοιπὸν σῶμα. Vult autem Chærephontem ridere tamquam macie confectum et σκιοειδῆ. BERG. Etiam Plin. H. N. 7, 2. Harpocr. Photius, Hesych. docuerunt, gentem Libycam fuisse, pedibus latis, sed niti pleraque videntur dubia Ctesiæ auctoritate, qui de iis exposuerat, etsi jam ante Ctesiam Σκιάποδες Græcis innotuisse videntur. Ad lacus (λίμνας) solebant animas ex orco ciere, ut ad lacum Avernum. v. Davis. ad Cic. Tusc. 1, 16. Wessel. ad Diodor. S. 1. p. 267. BECK.

1554. ἄλουτος] Quia Socrates et discipuli ejus se non lavabant, de quibus Nub. 835. ὧν ὑπὸ φειδωλίας ἀπεκείρατ' οὐδεὶς — οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. BERG.

1556. Πείσανδρος] Est is, qui tempore belli Peloponnesiaci popularem civitatis statum evertit (v. Thuc. 8, 65. 68.), sed mutata (Ol. 92, 2.) reipubl. forma Deceleam fugit (id. 8, 98.). Quia ignavus et meticulosus fuit, anima viventem deseruisse dicitur. A comicis sæpe notatur, sed duo etiam tum ejus nominis Athenienses floruisse dicuntur. BECK. De utroque Pisandro dixit Meinekius Quæst. scen. 2. p. 20, 21. Prior illorum iterum notatur Lys. 490. Fragmentum ex Babyloniis affert scholiasta.

1559. σφάγι' ἔχων κάμηλον] Ut solent, qui necyomantiam

exercent. κάμηλον grammatici interpretantur magnam victimam. BECK.

1561. Οὐδυσσεὺς] Bentleius. Libri 'Οδυσσεύς.

'Οδυσσεὺς] Respicit ad locum illum Odyss. λ. 24. ubi Ulysses animas defunctorum evocaturus pecudes super fossa jugulat. KUST.

1563. πρὸς τὸ λαῖμα] Si intemerata est hæc scriptura, jocum quæsivit comicus in similitudine vocum λαιμὸς, αἷμα, unde λαῖμα finxit. In Menandri versu quem citat scholiastes, scribendum λαιμὰ, ut ostendit Bentleius Emendatt. p. 21.

καὶ λαιμὰ βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα. BRUNCK.

λαῖτμα V, qui hunc et proximum versum a manu rec. habet. Eandem scripturam apud Suidam in λαῖμα præbet optimus codex Parisinus. Scribendum λαῖγμα, quod Bentleius restituit, collata glossa Hesychii, λαίγματα: πέμματα· οἱ δὲ σπέρματα, ἱερὰ ἀπάργματα. Photius p. 201, 14. λάγματα (sic): ἱερὰ ἀπάργματα. Suidas λαῖμα interpretatur ἱερὸν θῦμα. Theognostus in Crameri Anecd. vol. 2. p. 9, 13. λαῖγμα, τὸ ἱερόν. Nihil ad rem facit λαῖμα, quod pro λῆμα dictum annotarunt grammatici.

1564. Χαιρεφῶν] Hunc a mortuis dicit ascendisse, quia erat pallidus et macer. Vid. v. 1296. BERG.

1566. ὁρᾶν R, Vaticanus, Vossianus. ὁρᾷς Ald.

οἷ R.V. Vulgo ᾗ.

1568. ὧδ' V. ὡς δ' Vossianus. Legebatur ὡς.

ἐπὶ δεξιάν R.V. Libri reliqui ἐπὶ δεξιά, vel ἐπιδέξια.

1569. Λαισποδίας] Læspodias iste ad tegendum vitium crurum cogebatur indecenter se vestire, ut docet schol., qui eum κακόκνημον fuisse probat ex antiquis comicis. Idem docet ex Thucyd. 6, 105. fuisse Læspodiam hunc ducem bellicum. Admodum apposite autem comicus Triballum dicit esse Læspodiam, partim propter amictum indecorum, partim propter etymologiam nominis Λαισποδίας, quia in eo videtur latere vox λαιὸς i. e. ἀριστερός. Dixerat autem ad eum ἐπ' ἀρίστερ' οὕτως ἀμπέχει. BERG. In hujusmodi κακόκνημον exstat Epigramma non illepidum incerti auctoris in Analectis nostris 36. aliudque Antipatri Sidonii 3. Postremo significatu, nempe pro impudico et cinædo, occurrit hoc nomen e Salmasii emendatione in Apollodori comici fragmento apud Stobæum, Floril. Grotii p. 179.:

φυλὴν ὅλην, πόλιν τε μαλακὸς ἀνατρέπει.
ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ φίλε Θέων,
ὑπὸ λαισποδιῶν ὅσαι εἰσὶν ἀνατετραμμέναι,
σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν. BRUNCK.

1570. ὦ δημοκρατία] Ludit, quasi etiam apud deos esset democratia, ut Athenis. Perstringit autem populum Atheniensem, qui sæpe legatos nominet, tam arduo muneri impares, qualem notat in Vesp. 1263. Amyniam, quem pro eo, quod deberet ad magistrum aut ad principem accedere, quo missus fuerat, dicit cum servis conversatum esse. BERG.

1571. γ' ἐχειροτόνησαν] κεχειροτονήκασ' Elmsleius ad Acharn. 108.

1573. ἑόρακα] Libri ἑώρακα.

βαρβαρώτατον] βαρβαρώτερον V.

1575. γ' om. R.

1578. δοκεῖ] Fortasse δοκῶ præstat, quod præbet codex Vossianus, in quo est $\overset{\text{εῖ}}{\text{δοκῶ}}$.

1579. τυρόκνηστιν] τυροκνήστιν R.

μοι A.R.V. τις vulgo. μοι τις Vossianus.

1583. δὲ κρέα A.B.R.V, Vossianus. Vulgo κρέα δέ.

1587. ἡμεῖς R.V.Δ. et Vossianus. Legebatur ἐνθάδ'.

1588. περὶ πολέμου καταλλαγῆς] περὶ τοῦ πολέμου καὶ καταλλαγῆς V, Vaticanus, Vossianus. περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς διαλλαγῆς R.

1589. Pessime in impressis hic versus Pisthetæro tribuitur et sequens Herculi. Posteriorem Pisthetæro, priorem famulo vindicavimus e trium codd. auctoritate. Huic præfixa persona in A. δοῦλος. In B.C. οἰκέτης Πεισθεταίρου. BRUNCK. In Nub. 56. ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ. BERG.

1590. ὀρνίθεια Bentleius. Libri ὀρνίθια.

1591. Ista Herculi recte continuant tres codd., quæ perperam in impressis Neptuno tribuuntur. BRUNCK.

λιπάρ' R.V. et Vossianus. Vulgo λιπαρά γ'.

εἶναι om. R.

1598. τὸ scholiasta. Legebatur τι.

ἀλλὰ Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 219. Legebatur ἄλλο.

1601. ἀποδοῦναι] ἀπαιτεῖν R. Ex versu 554.

καὶ διαλλαττώμεθα. ἐπὶ τοῖσδε τοὺς —] *κἂν διαλλαττώμεθα ἐπὶ τοῖσδε, τοὺς —* Seagerus in diario classico 4. p. 712. Recte. Eodem modo Valckenarius ad Theocriti sel. Idyll. p. 16. nisi quod *καὶ* retinuit. *καὶ διαλλαττοίμεθ' ἂν* Δ.

1604. *γάστρις*] *γάστριος* R.

1605. *τυραννίδος*] *βασιλείας* R.

1610. *ὄρνις*] *ὄρνεις* B.R.V.Δ.

1614. *ταῦτά γέ τοι* R.V.Δ, Vaticanus, Vossianus. *ταῦτά γε* Ald.: unde Elmsleius in *Quarterly Review* 14. p. 449. *ταυταγί.* Scribendum videtur *ταῦτά τοι.*

1615. *κἀμοὶ δοκεῖ*] Inepte verba hæc in impressis Neptuno continuantur: Herculi tributa sunt in A.B. — *ναβαισατρεῦ.* Ridiculi causa barbarum deum barbare loquentem inducit. In B. huic voci alia superscripta, quam habet etiam Suidas, *βαβακατρεῦ.* BRUNCK. Et grammaticus in Montef. Bibl. Coislin. p. 231.

1618. *ἱερεῖόν τῳ θεῶν*] Sic B. Perperam vulgo *ἱερεῖον τῷ θεῷ.* BRUNCK.

1620. *μἀποδιδῷ*] Scribebatur *μὴ 'ποδιδῷ* (*ἀποδιδῷ* R.).

μισητίαν. Subauditur *διά.* Vide not. ad Pl. 989. Depravata lectio in A. *καὶ μὴ ἀποδιδῶ σιτία.* Forte erat in antiquiore libro *μισητίᾳ.* BRUNCK. *μισητίᾳ* Suidas in *μενετοί.*

1622. *ἀργυρίδιον*] *ἀργύριον* Vossianus.

1623. *καθῆται* Bekkeri editio. Vulgo *κάθηται.*

1624. *καταπτάμενος*] *ἀναπτάμενος* A.

ἰκτῖνος] *ἴκτινος* libri.

ἁρπάσας] *κἀναρπάσας* R.V.

1627. *ἐροῦ*] *ἔρου* libri hic et v. 66. *τριβαλὸν* Δ. hic et infra simplici λ.

1628. *σαυνάκα*] *σαυνάκας* Δ. *δαυνάκα* Vaticanus.

1630. *εἴ τοι* A.R.V, Vossianus. *εἴ τι* Vaticanus. *εἴ τινι* Ald. *εἴπερ* B.Δ.

1636. *αὖθις*] *αὖτις* R. et Vossianus.

1637. Hæc etiam dicuntur ad irritandam Herculis gulositatem. BERG.

1641. *τί*] *τί δαὶ* R.

1646. *τάλας*] *τάλας γ'* B. et Ald.

1648. *διαβάλλεται*] *ἐξαπατᾷ.* Vid. Thesm. 1214. BRUNCK.

1652. *ξένης γυναικός*] Ex Alcmena, quæ non fuit civis Attica,

nec Jovis legitima conjux, verum Amphitruonis. Jovem autem supponit esse Atheniensem. BERG.

1653. Quomodo enim, inquit, posset haberi Minerva ἐπίκληρος i. e. *omnium bonorum hæres*; si tu non esses nothus? Nothi enim excluduntur hereditate, si adsint legitimi. BERG.

1656. νόθῳ 'ξαποθνήσκων] Restituendum τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων ex Harpocratione in νοθεῖα. νοθεῖα ex Aristophane affert Pollux 3, 21. legitque scholiasta. νοθεῖ' (i. e. ὡς νοθεῖα) ἀποθνήσκων, deleto articulo, Dobræus ad Plutum v. 314.

1659. ἀδελφὸς] Jovis.

1660. νόμον] Meminit hujus legis Isæus p. 147. ed. Reisk. et Demosth. p. 1067. BECK.

1666. γένους] τοῦ γένους C. et Ald.

1669. εἰσήγαγ'] ἐσήγαγ' R.V. Ald.

φράτορας] Scribendum φράτερας. Vid. ad Eq. 255.

φράτορας] De lege qua jubebantur Athenienses liberos suos ad curiales deducere, ut in civium albo inscriberentur, videndus Petitus lib. 2. tit. 4. §. 8. seu pag. 222. At vero nothi in curiam non admittebantur, nec in civium numerum referebantur. Fiebat illa inscriptio tertio Apaturiorum die, qui κουρεῶτις dicebatur, qua de re videndus Meursius Gr. Fer. in 'Απατούρια. BRUNCK.

1671. αἰκίαν βλέπων] Scholiastes recte interpretatur: τί δῆτ' ἄνω βλέπεις, ὡς τυπτήσων τινά. Phrasis similis est illis, quas enotavimus ad 1169. Vesp. 843. ὡς ἐγὼ τιμᾷν βλέπω, ac 900. ὦ μιαρὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει. BRUNCK.

1674. πάλιν R.V. Vulgo πάλαι.

1678. καλάνι] Pro καλὰν κόραν καὶ μεγάλαν Βασιλείαν. Loquitur autem semibarbare, ut in Ach. 104. Etiam in Thesmoph. introducitur Scytha barbarizans 1030. ss. 1116. ss. 1133. ss. 1207. ss. BERG. καλαν R.

1679. ὄρνιτο R.V. ὀρνίτω Vossianus. Vulgo ὄρνιθι.

λέγει Bentleius. Libri λέγεις.

1681. βατίζειν] Legebatur βαδίζειν, consentientibus R.V. Restitui βατίζειν, quod eadem significatione qua βαβάζειν dictum videtur. βαβάζει γ' vel βαβακίζει γ' scribendum videbatur Reiskio ad Constantini Porphyrog. Cerimon. vol. 2. p. 161. ed. Nieb. et βαβάζειν vel βαβάζει γ' etiam Bentleio placuit. Qui recte senserunt locum hic non esse infinitivo. Quamobrem

scribendum εἰ μὴ βατίζει γ', id est ἀλλὰ βατίζει: de quo usu particularum εἰ μή dixi ad Eq. 186. In B.Δ. est βαδίζοι γ'. In infinitivo βαδίζειν explicando laborat Didymus apud scholiastam.

ὥσπερ αἱ χελιδόνες] Notum est ex multis comici aliorumque poetarum locis barbarorum sermonem cum hirundinum cantu comparari solitum fuisse. Æsch. Agam. 1059. χελιδόνος δίκην, ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη. Conf. not. ad Ran. 93. BRUNCK.

1682. λέγει] λέγε R.

1684. σιγήσομαι] συμβήσομαι V. quod adscriptum in Vossiano.

1688. ἆρα] ἄρα Ald.

1690. ὀπτῶ τὰ κρέα] Hercules helluo maximus perhibetur fuisse; et vulgo comicis fabula erat factus, dabatque eis materiam captandi risum. Noster etiam comicus eum ridiculum facit, hic præcipue, quum facit eum assidere foco, et torrere carnes, quum fungeretur amplissimo munere legationis. Sic alii comici solebant eum introducere panes pinsentem; quos tamen etiam ridet noster, vel quia illud inepte facerent, vel quia nimis sæpe. Vid. Pac. 741. BERG.

1691. τὰ κρέα A.R.V. σὺ τὰ κρέα vulgo.

1693. ἀλλὰ om. Ald.

δότω Δ, Vossianus et scholiasta. Legebatur διδότω.

1694. ἐν] ἐμ R.

Φαναῖσι] Nomen loci alicujus in Chio, ut ait schol. Alludit autem ad φαίνειν, a quo συκοφαντεῖν, pro quo etiam usurpatur quandoque, ut idem dicit. BERG. Erat promontorium et portus insulæ Chii. v. Thuc. 8, 24. ejusque interpretes. BECK.

1695. Κλεψύδρᾳ] Nomen fontis in arce, a quo et horologium [aquaticum] ita dicebatur, quo utebantur in judiciis. Has duas notiones inter se miscet hic. BERG. Cf. Kuhn. ad Poll. 10, 60. Photii Lex. Hesych. p. 276. — Comicus hoc sibi vult: Athenis in judiciis magna copia est sycophantarum etc. BECK.

ἐγγλωττογαστόρων] Alludit ad vocem χειρογάστωρ, ut ait schol., i. e. *opifex manuarius*, quasi qui manibus suis cibum ventri quæritat. BERG. Add. Hesych. p. 1075. et 1077. ibi-

que Alb. Zonar. 1. p. 596. 598. Sunt igitur, qui lingua, accusationibus, orationibus habendis victum quærunt. BECK.

1697. *οἱ θερίζουσιν — γλώτταις*] Quod hic sycophantæ linguis suis, id bonus miles armis dicitur efficere, in scolio Hybriæ ap. Athen. 11. p. 693. *ἐστί μοι πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός. τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω, τούτῳ πατέω τὸν ἁδὺν ἀπ' ἀμπέλων οἶνον.* BERG. Alimentorum paratio per partes exprimitur. *τρυγᾷν* est *vindemiare*, ut Pac. 1339. *συκάζειν ficus legere* (Poll. 7, 143.), sed respicitur simul ad sycophantas. v. Phot. Lex. Similes loci sunt Plut. 947. s. Vesp. 145. BECK.

1701. *Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι*] In Vesp. 419. *οἷς γ' ἀπώλεσαν Φίλιππον ἐν δίκῃ τὸν Γοργίου*, ubi scholia: *ἐν τῇ δίκῃ, ἀντὶ τοῦ δικάζοντες. οὗτος δὲ ὁ Γοργίας κωμῳδεῖται ὡς προδότης καὶ βάρβαρος.* BERG.

1705. *γλῶττα χωρὶς τέμνεται*] Proprie in sacrificiis id fieri solet, ut Pac. 1060. ubi ad sacrificantes dicit fatidicus: *ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται.* Sed h. l. nihil aliud significatur hac phrasi, quam Philippum propter improbam linguam, qua multis nocuerat, gravem aliquam pœnam sustinuisse, quod patet ex illo loco, quem ad versum anteced. adduxi. BERG. Immo sensus est: *propter* (*ἀπὸ*) *illos homines lingua victum quærentes* (quoniam linguæ tantum tribuunt) ubique in Attica lingua victimarum a reliquis visceribus separatur (quæ diis, eloquentiæ præsidibus, consecrabatur, v. schol. min. ad Hom. Od. γ, 341.), aut, quoniam isti lingua alios tantopere vexant, lingua victimæ separatur et abjicitur. BECK. Sic hæc recte interpretatur scholiasta.

1710. *ἰδεῖν ἔλαμψε*] *ἔλαμψεν ἰδεῖν* R. et Vossianus.

1712. *ἐξέλαμψεν, οἷον*] *ἐξέλαμψ' ἔνδον* R.

οἷον Vossianus. Legebatur *οἷον δ'*.

1716. *δ'* additum ex A.R.V, Vossiano et Suida in *ὀσμή*.

1720. Tribuebantur hæc hemichoriis. Abest personæ nota ab libro Vossiano.

1720. *ἄναγε*] Chorus saltaturus hæc dicit: hoc verbo et Ithyphalli saltaturi utebantur; Athen. 14. p. 622. *ὅταν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὄρχηστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες· Ἀνάγετε, εὐρυχωρίαν ποιεῖτε τῷ θεῷ.* Occurrit hoc verbum etiam in saltatione usurpatum cum casu obliquo in

Troad. 326. ἄναγε χορόν, et ibid. 332. χόρευε — ἄναγε πόδα σόν. v. not. ad Vesp. 1326. ubi etiam ἄνεχε, πάρεχε. BERG.

δίεχε codices. δίεχε δίαγε Ald.

1723. μάκαρα] Legebatur τὸν μάκαρα.

1724. ὦ om. C.Δ.: a m. rec. habet B. Versus ex tribus molossis compositus.

1725. τῇδε πόλει R. Legebatur τῇδε τῇ πόλει.

1726. Rursus hemichorii nota vulgo adscripta, omissa in A.B. et Vossiano.

1728. ὑμεναίοις B.C.V.Δ. Vulgo ὑμεναίοισι.

1729. νυμφιδίοισι R.V. Vulgo νυμφιδίοις.

1735. ἐν recte delet Dawesius.

1741. τῆς τ' εὐδαίμονος] Scribendum κεὐδαίμονος cum Dawesio.

1742. Ὑμὴν ὦ, Ὑμέναι' ὦ bis scriptum in R.V. et Vossiano.

1750. ὦ χθόνιαι om. B.Δ. et Ald.

1752. διὰ] Id est ζά: vid. ad Nub. 916.

1753. ἔχει] ἔχειν B.Δ. et Ald.

1755. Hemichorio tribuunt editiones ante Brunckium: choro continuant R. et Vossianus.

1757. Ante ἐπὶ excidit syllaba una. Scribendum ἴτ' ἐπί.

1763. ἀλαλαλαὶ R.V. et Vossianus. ἀλαλαὶ A.B.C. et Vaticanus. ἀλλαλαὶ Δ. et Ald. Scribendum ἀλαλαὶ, ἰὴ παιήων, ut in Lys. v. 1291. legitur. Et παιήων Bentleius quoque restituit.

1764. τήνελλα καλλίνικος] Vid. ad Acharn. 1227.

ECCLESIAZUSÆ.

ACTA hæc fabula est olympiadis 96. anno quarto, archonte Demostrato, ut demonstrari potest e Philochoro, qui biennio ante hujus fabulæ editionem vult ictum fuisse fœdus inter Athenienses et Bœotos: quo referuntur hæc Aristophanis, v. 193.

τὸ συμμαχικὸν αὖ τοῦθ' ὅτ' ἐσκοπούμεθα,
εἰ μὴ γένοιτ', ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν.

Scholiastes: περὶ τοῦ συμμαχικοῦ Φιλόχορος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν. Corrigendum est: Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν. Inita est hæc belli societas inter Athenienses et Bœotos olymp. 96, 2. Diophanto archonte. Diodorus Sic. 14, 82. ἐπὶ Διοφάντου ἄρχοντος Ἀθήνησι Βοιωτοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο. Neque eventus belli tam prospere, quam rebantur, illis cessit. Comicus noster v. 195. ὅτε δή γ' [δ'] ἐγένετ' (τὸ συμμαχικὸν scilicet), ἤχθοντο. Nam cum ad Nemeam fluvium manus conseruissent, plures Atheniensium Bœotorumque quam Lacedæmoniorum milites desiderati sunt. Anno vero sequente, Eubulida Athenis archonte, cum Corinthii, ut refert Diodorus 14, 86. inter se dissiderent, atque secessionem facerent, utrinque est dimicatum instructa acie; sed fusi sunt Bœoti eorumque σύμμαχοι. Meminit Aristophanes v. 199. Κορινθίοις ἄχθεσθε [ἤχθεσθε]. ἦσαν γὰρ διάφοροι, inquit scholiastes. PETITUS in Miscellan. 1, 15. Cum Petito consentit Palmer. ad v. 196. Lenæis actam videri dicetur ad v. 18. De choro fabulæ diximus in annotatione ad Plutum p. 23.

---

1. ὦ λαμπρὸν ὄμμα] Orditur stylo tragico, quasi Soli aut Lunæ nescio quid narraret. Ut v. g. Sophocl. Ajac. 860. [845. Br.] ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν ἥλιε—ἄγγειλον ἄτας ἐμάς· et Euripides initio Phœniss.: ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν—ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν ἑλίσσων φλόγα. Sæpe autem

comicus jocatur, tragicorum cothurnos rebus vilibus et frivolis aptando. Quod et alios comicos fecisse apparet; sic, cum in Medea Eurip. v. 57. dicatur *ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας*, Philemon [Athenæi 7. p. 288 d.] inde fecit: *ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.* BERG. Ex scholiastæ annotatione colligi potest Agathonis vel Dicæogenis locum rideri.

τοῦ τροχηλάτου λύχνου] Sic *patinam* vocat *τροχήλατον* Xenarchus comicus apud Athenæum 2. p. 64. *τῆς τροχηλάτου κόρης πίμπλησι λοπάδος στερνοσώματον κύτος.* BERG.

2. *εὐσκόποισιν*] *εὐστόχοισιν* R. Quod videtur legisse scholiasta, qui interpretetur *κάλλιστα τοῖς σοφοῖς εὑρημένον, τοῖς εὖ σκεπτομένοις.*

Legebatur *ἐξητημένον.* Recte Palmerius *ἐξηρτημένον.* Suspensa enim in loco edito lucerna, ubi convenirent mulieres.

3. *γονάς τε γὰρ σάς*] Ridicule. De lucerna enim tanquam de deo vel heroe aliquo loquitur. De illorum enim partu et nativitate signate dici solebat *Γοναί.* Hinc Polyzelus comicus scripsisse legitur, *Διονύσου Γονὰς, Μουσῶν Γονὰς, Ἀφροδίτης Γονὰς,* teste Suida: Philiscus, *Διὸς Γονὰς, Πανὸς Γονὰς, Ἑρμοῦ Γονὰς,* teste eodem: Araros, filius Aristophanis, *Πανὸς Γονάς,* teste eodem Suida et Athenæo, p. 175. KUST. Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 436.

σὰς] *δισσὰς* A.B.Γ.

5. *μυκτῆρσι λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις*] Id est, ellychnia habes, quæ edunt flammam, usum et vicem solis noctu præbentem. KUST. Vide de hoc usu voc. *τιμαί* Seidler. ad Eurip. Electr. 988.

6. *ὅρμα*] *Excita flammæ signa constituta,* i. e. ad quæ mulieres constituerunt convenire. BERG.

8. *δωματίοισιν*] *δοματίοισιν* R.

Ἀφροδίτης τρόπων] Ritus modosque Veneris vel *figuras*, ut est in Priapeis, *tot figuras, quot Philænis invenit.* vel etiam aliter Græce *μηχανάς.* unde *τὸ Κυρήνης δωδεκαμήχανον.* Vide in Ranis v. 1362. BERG.

9. *πλησίον*] *πλησίως* R. *πλησίος* Γ.

10. *λορδουμένων* A.B.R.Γ. et Suidas in h. v. *χορδουμένων* Ald.

12. *μυχοὺς*] *μυκοὺς* R.

13. *ἀφεύων*] Sic bini codd. [et R.] recte. Vulgo *ἀφαύων*. Vide Thesm. 216. 590. maxime vero Lys. 825. ubi gloriatur mulier se *τὸν σάκανδρον* habere *οὐ κομήτην, ἀλλ' ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ*. BRUNCK.

14. *καρποῦ*] Frumenti: vid. ad Nub. 1119. ubi, ut hic, cum vino conjungitur.

βακχίου A.B. *βακχείου* R, Ald.

15. *ὑποιγνύσαισι*] De furtis mulierum conf. Thesm. 418.—420. BERG.

17. *συνείσει* Bisetus. Libri *συνοίσει*.

18. *Σκίρα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν Σκιροφοριών*. [Sunt schol. ad h. l. et Harpocrat. verba.] videndus de hoc festo Meursius in Græcia feriata. BRUNCK. Celebrantur ab mulieribus: vid. Thesm. 834. *προεδρίαν αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν*. Proximi post Scira ludi scenici sunt Lenæorum. His igitur fortasse acta hæc fabula est.

20. *γ'* om. B.

21. *δ'* addunt A.B.R. om. Ald.

22. *Φυρόμαχος* Berglerus. Legebatur *Σφυρόμαχος*, nomen aliunde non cognitum. Phyromachi nominis exempla vide apud Athen. 4. p. 161 c. 6. p. 245 e. 8. p. 343 b. 10. p. 414 d. Quid autem illud sit quod Phyromachus dixerit, jam ab veteribus grammaticis est ignoratum: unde factum ut alii *ψήφισμα* quoddam illius excogitarent satis absurde, *ὥστε δεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἑταίρας χωρὶς τῶν ἐλευθέρων καθέζεσθαι*, alii Cleomachi nomen substituerent, histrionis tragici, quem *φαίνεσθαι ὑποκρινόμενόν ποτε εἰρηκέναι τι ἐν δράματι καὶ ἐσκῶφθαι διὰ τὸ κακέμφατον*. Quod notum est Hegelocho accidisse.

23. *ἑτέρας* editio Juntina a. 1515. *ἑταίρας* A.B.R. Ald.

πως κἀγκαθεζομένας] *πως κωλαθιζομένας* R. *καθαγιαζομένας πως* A.B.Γ. *κἀγαθιζομένας*, omisso *πως*, Ald. Quod ex *κἀγκαθιζομένας* corruptum esse vidit Bentleius. Veræ scripturæ vestigia servata sunt in scholio obscuro ad v. 1. *Πραξαγόρα λύχνον ἔχουσα προέρχεται. ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος ἢ τοῦ Δικαιογένους, διὰ τὰς ἑταῖρας ἐγκαθιζομένας. πρὸς ὃ οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ μόνον ὅτι τὰς ἑταίρας δεῖ πῶς. βούλεται δὲ εἰπεῖν ὅτι τοὺς ἄνδρας προλάβωμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*

24.—26. om. A.B.Γ.

24. ἐρραμμένους] ἐραμένους R.

26. λαβεῖν Brunckius. Libri λαθεῖν.

27. ὁρῶ] ὁρᾶι R.

29. τυγχάνει] τυγχάνεις A.R.Γ.

30. ΓΥΝΗ Α] Lineolam ponit R. ὁ κῆρυξ est gallus gallinaceus.

32. ἐγρηγόρη Porsonus. ἐγρηγορεῖν A.R.Γ. ἐγρηγόρουν B. ἐγρηγορῶ Ald.

34. τρυγονῶσα B. [Γ.] In A. τρυγανῶσα. Primariæ editt. [et R.] θρυγονῶσα: recentiorum quædam θρυγανῶσα. Postremam scripturam tuetur Hesychius: θρυγανᾷ. κνᾶται, ξύει. Nostram Suidas: τρυγονῶσα, ἡσύχως κνῶσα. Ἀριστοφάνης· τρυγονῶσα τὴν θύραν. BRUNCK.

36. τὸ κνῦμα. Sic recte A. [R.Γ. et Eustath. p. 1746, 7.] In B. τὸ κνῆμα. Perperam vulgo τὸ κνίσμα. Suidas: κνῦμα, ὁ ἠρεμαῖος κνησμός. ubi hunc comici locum profert. Nomen derivatum est a κνύω, quo verbo in hoc ipso sensu utitur comicus Thesm. 481.

οὗτος πόθῳ μου ᾽κνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν. BRUNCK.

38. Σαλαμίνιος] Hoc præmittit, quia verbum ἐλαύνειν inferet, quod de *agitatione navium* usurpatur. Erant autem Salaminii insulani, ac proinde sæpe navigabant. BERG.

194. χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς] Alcestidis v. 691. Loquitur ibi Pheres, qui noluerat pro filio suo mori. Istud Agathon in Euripidem retorquet, qui vult ut alius ipsius causa periculum subeat. Sic suismet verbis capitur Euripides in Ranis comici v. 1477. BERG.

196. Prius ἂν additum ex Suida in ὑφέξειν. In Aug. post γὰρ spatium est vacuum unius syllabæ.

198. τεχνάσμασιν R. et Suidas in h. v. τεχνάμασιν Aug. στενάσμασιν Junt.

199. φέρειν] φεύγειν videtur legisse scholiasta, qui ἐκφεύγειν interpretatur.

200. κατάπυγον] Vulgo καταπῦγον. Vid. ad Vesp. 687.

201. λόγοισιν respondet Agathonis τεχνάσμασι: et quod ille παθήμασι dixerat, aliorsum senex accipiens, Agathoni impudicitiam exprobrat. BRUNCK.

204. νυκτερήσια Dobræus. Legebatur νυκτερείσια. ἡμερήσιος dixit Æschylus Agam. 22.

206. νὴ Δὶ] Legebatur νὴ Δία. Vid. ad Eq. 319.

209. Vulgo ἀπόλωλ' Εὐριπίδης. MN. ὦ —. Correxit Elmsleius ad Acharn. 475.

212. κλάειν] Libri κλαίειν.

215. ταδὶ] Scholiasta, τὰ γένεια· ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.

215. Mos erat veteribus barbam novacula radere; pudendorum autem pilos admota flamma amburere. In Conc. Praxagora lampadem adloquens sic ait:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς
λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. BRUNCK.

216. πρᾶττ' εἴ σοι] πρᾶττ' εἴσω R. πραττείσω Aug. Scribendum πρᾶτθ' ὅ τί σοι cum Elmsleio ad Acharn. 338.

217. 'πιδιδόν' ἐμαυτὸν] διδόναι γ' αὐτὸν vulgo, consentiente R. et a m. sec. Aug. qui διδόναι γ' ἐμαυτὸν a pr. m. habet. Partem veri vidit Toupius, qui in Emendat. in Hesych. vol. 3. p. 50. scripsit 'πιδιδόναι γ' αὐτόν.

220. ξυροδόκης] ξυροδίκης R. Aug. "Male apud Pollucem "10, 140. ξυροδόχης. Vide Eustath. ad Homer. p. 130. ex-"trema." BRUNCK.

221. κάθιζε] Ad Mnesilochum, ut eum tondeat. BERG.

222. ὤμοι] Scribendum οἴμοι, quæ forma alibi e libris melioribus est restituta. ὦ σοι Aug. Junt.

223. ἀτταταῖ] ἀτταταὶ Brunckius. ἄττατα Junt. ατtατα sine accentu R.

ἰατταταῖ] ἀτταταὶ Aug. ἄτταται Junt. et sine accentu R. Correxit Bentleius. Conf. v. 1005.

224. ἐς] εἰς libri.

σεμνῶν θεῶν] Atheniensibus σεμναὶ θεαὶ dicebantur Erinnyes [Erinyes], quibus eo nomine templum erat juxta Areopagum, quo supplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. Vide Equit. 1312. et Meursium Ath. Att. 4, 1. BRUNCK.

225. Δήμητρ' ἔτ' Porsonus. δήμητρά γ' R. Aug. δήμητρα Junt.

227. τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων, *altera tantum maxilla rasa.* Hesych. ἡμίκρανα, ἡμικεφάλαιον. σιαγόνος τὸ ἥμισυ. Sed depravata est apud lexicogr. scriptura. Vel enim ἡμίκρανον legendum, vel ἡμίκραιρα, ut habent Pollucis codd. 6, 160. ubi vulgatum etiam ἡμίκρανα. BRUNCK.

ἐνταυθὶ] Libri ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

231. μυμῦ] Vulgo μῦ μῦ. Conf. Equit. 10.

232. ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι] Jocus est in ambiguitate vocis ψιλὸς, quæ *glabrum* significat, et *levis armaturæ militem*. Eadem ambiguitas in Latina voce *levis*. BRUNCK.

233. φανεῖ] φαίνει Dobræus.

234. θεᾶσθαι σαυτὸν Porsonus. Libri θεάσασθαι σεαυτόν.

235. Clisthenes, homo effeminatus et pathicus, de quo mentio in Lys. 1092. imberbis erat, rasis semper malis. Vide infra 583. BRUNCK. Libri Κλεισθένην.

237. δελφάκιον] Scholiasta, μετὰ γὰρ τὸ τυθῆναι τὰ δελφάκια φλογίζονται, ἵνα ψιλωθῶσι.

240. νὴ Δὶ] Legebatur νὴ Δία. Vid. ad Eq. 319.

242. τόν γε addidit Scaliger. Recte, nisi quod non animadvertit scribendum esse τοῦ γε πρωκτοῦ τὴν φλόγα. Sæpe sic librarii sententias inverterunt.

245. φεῦ] Corrigendum φῦ. Sic Lys. 294. et 304. φῦ φῦ (vel φυφῦ), ἰοὺ ἰοὺ τοῦ καπνοῦ.

ἰοὺ] Vulgo ἰοῦ.

247. σπογγιεῖ] Scribendum σφογγιεῖ. Vid. ad Acharn. 463.

248. οἰμώξετἆρ'] οἰμώζετ' ἄρ' R. (qui αρ' sine accentu) Aug. Junt. οἰμώξετ' ἄρ' aliæ editiones veteres. Sed crasis restituenda fuit, de qua dixi ad Acharn. 325.

εἴ τις Brunckius. Libri εἰς. Simillimo errore in Acharn. 1084. προστρέχει τις in libro Ravennate in προστρέχεις coaluit.

250. τουτῳὶ] τουτοὶ Aug.

252. τί οὖν λάβω; Mnesilocho recte tribuit Bentleius, Euripidi libri.

254. ΕΥΡΙΠ.] Corrige ΜΝΗΣΙΛ. cum Bentleio.

255. ΑΓΑΘΩΝ] Deleatur.

260. ἆρ' Kusterus. ἦρ' Aug. Junt. In R. est ἦρ' ἁρμόσηι. Conf. ad Pac. 114.

261. ἔγκυκλον] Ex hoc loco manifestum est ἔγκυκλον fuisse vestimentum exterius, ἐπίβλημα: κροκωτὸν vero, interius, ἔνδυμα. Crocotam jam induerat Mnesilochus, cui supra v. 253. dixit Agatho, τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών. Vestimentorum omnium ultimum, quod aliis superinjiciebatur, erat ἔγκυκλον, *palla*. Hoc liquet etiam e loco infra 499. ubi dicitur mulier expanso *encyclo* elabentis e conclavi mœchi fugam texisse.

Falsum est igitur, quod Eustathius in Iliad. p. 976. e Pausania tradit: *φησὶ γοῦν Παυσανίας, ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτὼν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύονται γυναῖκες, εἶτα τὸ ἔνδυμα. λέγεται δὲ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατὶς, διότι μέχρι γονάτων διήκει.* Verum est quod tradit Suidas, ad hunc locum respiciens in *ἔγκυκλον. καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα.* — BRUNCK.

λάβ' Kusterus. *λάμβαν'* libri et Suidas in *ἔγκυκλον.*

263. *χαλαρὰ — φορῶν*] Hæc in editionibus veteribus Agathoni tribuuntur, Euripidi in editione Brunckii, unde hæc personæ nota in mea remansit. Totum versum Mnesilochi esse jam Reiskius animadverterat. Et sic haud dubie scholiasta, qui ad *χαλαρά* annotavit, *χαῦνα· διαβάλλει δὲ πάλιν τὸν Ἀγάθωνα ὡς χαῦνον.* Versum 264. Agathoni continuant editiones veteres, 265. autem Mnesilocho tribuunt. Correxit Brunckius ex cod. Aug. in quo lineola est ante *σύ.*

γοῦν R. a m. sec. et Suidas in *χαλαρά. γ' οὖν* Aug. *γ' οὐ* R. a pr. m. et Junt.

χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν] Recte Bisetus obscenitatem hic latere suspicatur. Scommate offensus Agathon a scena discedit. DOBRÆUS.

265. *ἐσκυκλησάτω*] Libri *εἰσκυκλησάτω.* Vid. ad v. 96.

267. *τό γ'* Kusterus. Libri *τόδ'.*

272. *ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός*] Euripidis in Melanippa versus fuit *ὄμνυμι δ' ἱρὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.* Vid. Ran. 100.

273. *Ἱπποκράτους*] Vid. ad Nub. 1001. Libri *ὑποκράτους.* Correctum ex scholiasta.

274. *ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς*] Euripides Med. 746. *ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς τοὐμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος.* BERG.

276. Respicit ad versum Euripidis Hippol. 612. *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.* Quem iterum ridet Ran. 1471.

277. In parepigraphe post hunc versum verba *ἱερὸν ὠθεῖται* significant scenæ conspectum mutari, et machinarum ope, ut apud nos fieri solet, templum propelli, seu novum scenæ apparatum templi speciem exhibere. BRUNCK. Parepigraphe in R. Aug. Junt. est *ὀλολύζουσί τε ἱερὸν ὠθεῖται. τε* recte in *γυ-*

ναῖκες mutatum. Scholiasta, *παρεπιγραφή. ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ Θεσμοφόριον.*

277. *σημεῖον*] Scholiasta, *ὅτε ἔμελλε γίνεσθαι ἐκκλησία, σημεῖον ἐτίθετο.* Conf. ad Vesp. 690.

279. et seqq. Imitatur Mnesilochus vocem muliebrem.

280. *θᾶσαι*] Scribebatur *θέασαι.* Vid. ad Pac. 906.

281. *ἀνέρχεθ' ὑπὸ*] Recte Reiskius *ἀνέρχεται* corrigere videtur.

283. *ἀγαθῇ τύχῃ*] Alibi (Av. 436. Eccles. 131.) *τὐχἀγαθῇ* dixit, quod in Av. 675. ex Ravennate libro restitui pro vulgato illic *ἀγαθῇ τύχῃ.* Utrumque ab Atticis dici, *ἀγαθὴ τύχη* et *τύχη ἀγαθή,* annotavit Helladius apud Photium Bibl. p. 529, 34.

καὶ πάλιν Bentleius. *καὶ* om. libri.

285. *τὸ πόπανον ὅπως*] De dipodia ex tribracho et anapæsto composita dictum ad Acharn. 47. Hoc tamen loco probabilis est conjectura Hermanni, qui articulum delet. Porsonus *τὰ πόπαν', ὅπως.*

287. *πολλὰ πολλάκις μέ σοι θύειν*] In precibus utuntur infinitivo, ut in Electra Euripidis v. 805. *νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν, καὶ τὴν κατ' οἴκους Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμὴν, πράσσοντας ὡς νῦν, τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς κακῶς.* Et apud comicum n Ranis v. 907. *Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.* BERG.

288. *μἀλλὰ*] Libri *μὴ ἀλλά.*

289. *θυγατέρα*] *θυγατέραν* R. Ita idem alibi *Δήμητραν* pro *Δήμητρα.*

χοῖρον] Scholiasta, *ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπίκλησιν οὕτω καλουμένης, οἷον βοίδιον ἢ χρυσίον ἢ μύρτον* (potius *μύρτιον*). *ἴσως δὲ τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται.* Vesp. 573. *εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῇ με πιθέσθαι.*

291. *ποσθαλίσκον*] Libri *πρὸς θάληκον.* Scholiasta, *τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν.* (alius scholiasta, *ἀντὶ τοῦ κατωφερῆ τὸν νοῦν μου ποίησον.*) Hæc qui scripsit non *πρὸς θ* — legit, sed vocabulum a *πόσθη* ductum. Quo indicio restitui *ποσθαλίσκον*, vocabulum eodem modo quo *κωραλίσκος* formatum, cui accommodatissima est interpretatio illa *τὸν παιδαρίσκον.* Similiter Photius p. 445, 4. *πόσθων* (quo utitur Aristoph. Pac. 1300.): *κυρίως λέγεται παιδάριον· οὕτως*

γὰρ ὑποκοριζόμενοι ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου· πόσθιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν παιδαριώδη καὶ ἄφρονα κατὰ μεταφοράν. Nec tamen hoc ipsum legisse videtur scholiasta, sed corruptum *ποσθάληκον*. Nam *ποσθαλίσκον* si legisset, vix dixisset *συνέθηκεν*. Ceterum *ποσθαλίσκον* sine articulo positum, quia instar nominis proprii est.

295. Persona est *κῆρυξ*. Feminino nomine melius indigetata fuisset *κηρύκαινα*. Nam præconis officio fungitur hic mulier. [Scholiasta, *γυνὴ μιμουμένη κήρυκα*.] Quippe sacris illis vir nullus intererat. Quæ sequuntur autem preces et imprecationes, facete ritus adumbrant, qui in populi concionibus observabantur, de quibus videndus Sam. Petitus Leg. Att. p. 288. BRUNCK. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 93. plagula G.

εὐφημία 'στω] Libri utrobique *εὐφημί' ἔστω*.

299. *Καλλιγενείᾳ*] Scholiasta, *δαίμων περὶ τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσαν ἐν ταῖς ἑτέραις Θεσμοφοριαζούσαις ἐποίησεν.* Vid. Wyttenbach. ad Plut. Mor. vol. 7. p. 69.

300. *κουροτρόφῳ*] De hoc epitheto Terræ vid. Spanhem. ad Callim. h. in Del. 2. KUST. Articulum ante *Γῇ* delet Reiskius, et recte fortasse. Dobræo *τῇ Γῇ* delendum videbatur. Scholiasta, *εἴτε τῇ Γῇ εἴτε τῇ Ἑστίᾳ, ὁμοίως πρὸ τοῦ Διὸς θύουσιν αὐτῇ.* Qui Dobræi conjecturam confirmare videri potest.

306. *τήν τ'* Junt. *τὴν* Aug. et a pr. m. R. *καὶ τὴν* a m. sec. R.

307. *τὸν Ἀθηναίων*] Libri *τῶν Ἀθηναίων*.

310. *ὑμῖν*] *ἡμῖν* Aug. hic et v. 350.

311. *τἀγαθά*] Fortasse *πολλὰ κἀγαθά* ut v. 351.

312. 313. *δεχόμεθα — λιτόμεθα*] Scribebatur *δεχόμεσθα — λιτόμεσθα*. *δεχόμεσθα* in *εὐχόμεσθα* mutatum in editione Veneta a. 1538. Quod codicis Aug. auctoritate confirmari ait Brunckius.

315. *χρυσολύρα*] Sic *εὐλύρας* dicitur Apollo infra v. 969. BERG.

318. *πόλιν* in libris in versum proximum est translatum.

319. *οἰκοῦσα*] *ἔχουσα* Dobræus: ut respiciatur ad cognomen Minervæ *πολιούχου*.

320. *θηροφόνη*, qua forma Theognis utitur v. 11, restituit Hermannus. Libri *θηροφόνε*.

325. εἰναλίου] Libri ἐναλίου: quod in quibusdam editionibus in ἐνάλιοι mutatum.

327. φόρμιγξ] Scholiasta, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος.

ἀχήσειεν] ἰαχήσειεν R. ἰσχύσειεν Aug. ἰσχήσειεν Junt. ex quo editores ἠχήσειεν fecerunt, quum ἀχήσειεν deberent: quæ forma verbi etiam apud tragicos non raro in ἰαχ— est depravata. ἀχήσαμεν pro ἰαχήσαμεν restitui Ran. 217.

329. Ἀθηνῶν] Legebatur Ἀθηναίων. Qui frequentissimus est error librariorum. Conf. ad Eq. 159.

331. ΚΗΡΥΞ] Vid. ad v. 295.

334. τοῖς τ'] καὶ τοῖς R. Aug. Junt. Correctum in ed. Brubachii.

337. Μήδοις] Persis, communibus Græcorum hostibus. τ' om. Aug. Junt.

338. ἢ τυραννεῖν ἐπινοεῖ, ἢ τὸν τύραννον συγκατάγειν] Scholiasta, ἐκ τῆς κατάρας τῆς ἐπὶ τοῖς Πεισιστρατίδαις γενομένης ταῦτα παρέμιξεν. "Vide legem Solonis ap. Andocidem p. 13, "12." DOBRÆUS.

340. κατεῖπεν, ἢ Bentleius. Libri κατεῖπέν τις ἢ.

341. ἐνετρύλισεν] ἐνετρύλλισεν libri et Suidas in h. v. Zonaras vol. 1. p. 745. (ubi ἐνετρύλλησεν) et grammaticus in Mingarelli catal. codd. Nanian. p. 493.

344. ἂν] ἃ ἂν libri.

346. ἑταίρα] ἑτέρα et, ut videtur, ἑταίρας variæ lectiones scholiastæ.

349. κῳκίαν Brunckius. Libri κοϊκίαν.

350. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. ut v. 310.

352. ξυνευχόμεσθα Bothius. Libri ξυνευχόμεθα.

354. εὔγματ' ἐκγενέσθαι] Legebatur εὔγματα γενέσθαι.

355. ὅσαις R. et scholiasta. ὅσαι Aug. Junt.

356. λεγούσαις] Corrigendum λεγούσας ex scholiasta.

358. ἐξαπατῶσιν] Libri ἐξαπατῶσι.

360. οὕνεκ' restitutum ex v. 366. Libri ἕνεκ'.

364. λέγουσ'] λέγουσιν R. Aug. Junt. et Suidas in ἀπόρρητα.

366. 367. Versus interpolati. οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ ex v. 360. temere illatum esse animadvertit Dobræus. Nec sequentia ἀσεβοῦσιν ἀδικοῦσίν τε τὴν | πόλιν (nam sic libri) hoc modo scripta ab Aristophane videntur. Post χώρας plura exciderunt, in quibus apodosis fuit ad illud ὁπόσαι δὲ v. 356. Proxima ἀλλ' ὦ παγκρατὲς exitus sunt versus iambici dimetri.

372. ΚΗΡΥΞ] Vid. ad v. 295.

373. *Τιμόκλει' ἐπεστάτει*] Nota formulam ordinariam, quæ plebiscitis vel decretis publicis apud Athenienses præmitti solebat. Sic Lucianus in Deor. Concil. p. 715. ed. Amstel. ubi deorum decretum recitatur: *ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε* Μῶμος *τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπε.* Imitatur nimirum formulam apud Athenienses in decretis faciendis receptam. Apud Thucydidem 4, 118. ubi formula fœderis inter Athenienses et Lacedæmonios initi exhibetur: *Φαίνιππος ἐγραμμάτευε,* Νικάδης *ἐπεστάτει, Λάχης εἶπε.* Plura exempla apud eundem Thucydidem, Demosthenem et alios occurrunt. KUST.

375. *τῇ μέσῃ τῶν Θεσμοφορίων*] Vid. ad v. 80.

376. *ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολῇ*] Tertius festi dies appellabatur *νηστεία*: hunc totum in templo jejunio transigebant, ob eamque causam eum diem concioni præstituerant, quo otium sibi non defuturum sciebant, nec futurum quicquam in mora, quin de Euripidis ultione deliberarent. BRUNCK.

377. *χρηματίζειν*] Suidas, *χρηματίζει ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.* Vide de hoc usu verbi Schneider. ad Xenoph. de rep. Athen. 3, 1.

380. *τόνδε*] *δεικτικῶς.* Subauditur *στέφανον.* Pertinet hoc ad populi concionum ritum, in quibus oratores coronati verba faciebant. Conc. 130.

Τίς ἀγορεύειν βούλεται; —
Ἐγώ. — Περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχῃ 'γαθῇ.
147. *Ἔσθ' ἥτις ἑτέρα βούλεται λέγειν; — Ἐγώ. —*
Ἴθι δὴ στεφανοῦ.
163. *φέρε τὸν στέφανον. ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν.*

moxque v. 171. eadem qua hic ellipsi,

αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ,
τονδὶ λαβοῦσα.

Confer Av. 463. BRUNCK.

πρῶτον] *πρότερον* Suidas in *περίθου.*

381. Huic versui lineola præfixa in Aug. *σίγα σιώπα* præconi, reliqua alii mulieri tribuit Dobræus.

382. *μακρὰν*] Intellige *ῥῆσιν.* Acharn. 415. *δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν.* BERG.

389. *ἐπισμῇ*] Vide Suidam in hac voce et Hesych. in *ἐπισμή-*

χει. Bene interpretantur ἐπιτρίβει: sed nescio an huic interpretationi melius congrueret ἡμῖν quam ἡμᾶς. Equit. 5.

πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

Ob literarum compendia quibus utebantur librarii sæpe commutati hujus pronominis casus. Vide infra ad 571. BRUNCK.

390. ἔμβραχυ] Cod. Aug. et Juntina male ἐν βραχύ. Vide Hesychii interpretes ad ἐμβραχεῖ et Ruhnkenium ad Timæum v. ἔμβραχυ. Occurrit hoc adverbium rursus Vesp. 1120. BRUNCK. ἔμβραχυ Suidas in h. v. et scholiasta Platonis p. 88. ed. Ruhnk. Restitui rectum accentum ex R, qui ἐνβραχύ. Vid. ad l. Vesp.

391. τραγῳδοὶ καὶ χοροὶ] τραγῳδία καὶ χοροὶ Suidas in οἰνοπίπας. τραγῳδικοὶ χοροὶ scholiasta Platonis.

392. τὰς μυχοτρόπους, id est, Kustero interprete, *clandestinis moribus præditas, subdolas, fallaces.* Sed nusquam vox ista exstat, nec alia nititur fide quam librarii errore. In cod. scriptum μὔχοτρόπους: in Juntina [et R.] μυχοτρόπους. υ et οι eodem efferebantur sono; inde tot horum elementorum permutationes, vocumque depravationes. Geminum exemplum vide infra 501. Mendam sustulit Zanettus hoc loco, reponendo μοιχοτρόπους, quæ vera scriptura est, confirmata a Suida in οἰνοπίπας. Operæ pretium est integram hujus observationem e variis grammaticorum veterum ad hanc fabulam scholiis excerptam legere. Οἰνοπίπας, τὰς τοὺς οἴνους περισκοπούσας, ὡς Ὅμηρος παρθενοπίπας (Ἰλ. λ, 385.) Ἀριστοφάνης φησί·

ποῦ δ' οὐχὶ —

*   *   *   *   *   *   *

τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν,
τὰς οἰνοπίπας, τὰς προδότιδας —

ὁ μὲν οὖν Σύμμαχός φησι παρὰ τὸ πιπίζειν τὸν οἶνον. ἐγὼ δ' οὐχ ὁρῶ τὸ πιπίζειν ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κείμενον, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν φωνῆς λεγόμενον. ἄμεινον οὖν, ὥσπερ παιδοπίπας λέγεται, οὕτω καὶ οἰνοπίπας. οἰνοπίπας οὖν ἀντὶ τοῦ μέθυσος· παρὰ τὸ πιπίζειν, ὅ ἐστι μυζεῖν, ἢ μυζᾷν. Vides de lectione consensisse veteres criticos, de illius interpretatione in diversa abiisse. Licet πιπίζειν Atticis fere nihil aliud significaverit quam *pipiare,* verbo ad imitationem avium quarumdam vocis effícto, potuit tamen Aristophanes nomine οἰνοπίπης uti, derivato ab eodem verbo significante ποτίζειν, seu μυζεῖν. Glos-

sarium vetus: ἐκπιπίζει, *exsugit:* vide Hesychium in πιπίζειν. Derivationi ab ὀπιπτεύω, unde est Homericum παρθενοπίπης, favet comici locus in Lys. 426.

ποῖ δὲ σὺ βλέπεις,
οὐδὲν ποιῶν ἄλλ', ἢ καπηλεῖον σκοπῶν.

Cod. Aug. et editt. omnes οἰνοπότιδας, quod mihi nunc, ut olim Kustero, e glossa subornatum videtur. Etsi mihi primum valde arrideret οἰνοπίπας, quin illud vulgato præferrem, obstitit H. Stephani judicium Thes. T. 2. p. 1243. tum quia Eustathius qui bis aut ter ex Eq. 407. notat nomen πυρροπίπης, istius οἰνοπίπης non meminit, quod non prætermissurus fuisse videbatur, si illud in comico legisset. Sed fateor parum momenti his rationibus inesse, quas prægravat veterum criticorum auctoritas, quos e Suida constat non aliter hoc loco legisse, quam οἰνοπίπας. Hoc itaque et μοιχοτρόπους lectorem reponere velim. Confer notam infra 432. BRUNCK. Restitui μοιχοτρόπους ex Suida. Qui quæ de vocabulo οἰνοπίπας annotavit, ex scholiis ad hunc locum sunt excerpta, in quibus annotatum est pleraque apographa οἰνοπίπους habere. Ego quum nec οἰνοπίπας nec οἰνοπίπους genere feminino dicturum fuisse censeam Aristophanem, retinui librorum scripturam οἰνοπότιδας, quam qui posuit, recte videtur correxisse antiquorum codicum vitium οἰνοπίπας. Apud Suidam in capite glossæ codex Parisinus A. οἰνοπίτας. Pro ἀνδρεραστρίας in libris Aristophanis et Suidæ codice modo memorato scriptum est ἀνδρεαστρίας. ἀνδρεράστριαν ex Aristophane memorat Pollux 3, 70.

395. ἰκρίων] Scholiasta, ὡς ἔτι ἰκρίων ὄντων ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπὶ ξύλων καθημένων. πρὶν γὰρ γενέσθαι τὸ θέατρον, ξύλα ἐδέσμευον καὶ οὕτως ἐθεώρουν.

396. ὑποβλέπουσ'] ἀποβλέπουσ' Suidas in ἰκρία.

398. ὥσπερ] Malim ὦνπερ. KUST. Recte ut videtur.

400. γε a Kustero additum. Nunc præfero Dobræi emendationem ἐάν τις καὶ πλέκῃ.

403. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

404. τῷ Κορινθίῳ ξένῳ] Irrisio est Euripidis Stheneboeæ, cujus fragmentum quo respexit comicus servavit Athen. p. 427. E. Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ ἐνόμιζεν τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι·

πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,

ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ. BRUNCK.

405. ἀδελφὸς] ἀδελφὸς libri.

407. ὑποβαλέσθαι] Conf. v. 340. 502.—516. BERG.

409. ἄνδρες] ἄνδρες libri.

413. Euripidis versus e Phœnice apud Stobæum Floril. 71, 1.

414. διὰ τοῦτον] Sic bene Aug. [et R.] *propter hunc Euripidem, per hunc, hujus opera.* Frequens apud comicum hæc significatio præpositionis διά. Vide infra 864. Vulgo διὰ τοῦτο. BRUNCK.

415. σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι] Observa, interiorem ædium partem apud Athenienses, quæ gynæconitis appellabatur, non solum obserari, sed etiam obsignari solitam fuisse. Quæ enim diligentius asservare volebant veteres, iis sigilla appendere solebant, ut docuit Menagius ad Diog. L. 4, 59. KUST.

καὶ μοχλοὺς] Euripides de asservandis diligenter mulieribus in Andromache v. 950. πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας. Quem locum præ oculis habuisse videtur comicus: nam et ibi mox sequitur v. 955. συγγνωστὰ μὲν οὖν σοι τάδε· ut hic apud comicum v. 418. καὶ ταῦτα μὲν ξυγγνωστά. BERG. Menander apud Stobæum Floril. 74, 27. ὅστις δὲ μοχλοῖς (scrib. μοχλοῖς δὲ) καὶ διὰ σφραγισμάτων | σώζει δάμαρτα —.

416. Μολοττικοὺς — κύνας] Euripides Hippol. 644. χρῆν δ' ἐς γυναῖκας πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν, | ἄφθογγα δ' αὐταῖς συγκατοικίζειν δάκη | θηρῶν, ἵν' εἶχον μήτε προσφωνεῖν τινα | μήτ' ἐξ ἐκείνων φθέγμα δέξασθαι πάλιν.

417. μορμολυκεῖα] Vulgo μορμολύκεια. Correxi ex Etym. M. p. 590, 52.

μοιχοῖς] μυχοῖς R. Eadem corruptela v. 392. 501.

419. ταμιεύεσθαι] Corrigendum ταμιεῦσαι καὶ cum Reiskio. Præterea quum parum apte huic loco adhibiti sint dativi, scribendum αὐτὰς ταμιεῦσαι καὶ προαιρούσας —. Simili corruptela Equitum v. 1312. liberavit Reiskius.

προαιρούσαις] De significatione verbi προαιρεῖν, *e penu aliquid promere*, vide Casaubonum ad Theophrasti Charact. cap. περὶ ἀγροικίας. KUST.

λαβεῖν] λαθεῖν Scaliger. λαβεῖν legit scholiasta.

421. De ratione serarum, pessulorum, clavium quibus ute-

bantur veteres, videndus Salmasius in Plinianis p. 649. seqq. Laconicæ clavis mentio etiam apud Plautum Most. 1, 57.

clavim mi harunce ædium Laconicam
Jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris.

BRUNCK. Vid. schol.

425. *δακτύλιον, anulum signatorium.* Viris, etiamsi clave Laconica cellæ fores occlusissent, metuendum erat, ne qualicunque artificio mulieres claustra reserarent, quod difficile non erat, pro rudi serarum illo ævo fabrica: idcirco ne sibi imprudentibus fraudem illæ facerent, cellæ ostium obsignabant, imposita cera, *ῥύπῳ*, impressoque ceræ anuli sui signo. Vide Lys. 1195. Sed cautelam hanc etiam irritam reddebat mulierum calliditas. Quippe tribus obolis, id est, vilissimo pretio, unaquæque sibi comparabat anulum eodem insculptum signo, quo mariti anulus, ejusque ope, postquam in penum ingressa quæcunque libuisset suffurata esset, idem reponebat signaculum, ita ut a marito fraudis argui non posset. At vero queritur mulier nostra, sibi nullam amplius relictam esse rationem latenter et impune in penum se penetrandi, postquam viros docuit Euripides ceram obsignare, non, ut antea, anulo, sed ligno a teredinibus pertuso, cujusmodi sigilla singuli appensa gestabant. Nam signacula illa mulieres imitari non poterant, quum foraminum in ligno modum et dispositionem non cognoscerent; et nisi unaquæque eodem ligni frusto potiretur, quo maritus ceram signarat, nulla alia fraude furta celare potis erat. Hic est hujus loci sensus, unde liquet Berglerum male *δακτύλιον* interpretari *clavem annulatam:* nec melius, quod sane miror, Salmasium hoc nomine intelligere *ferreum digitulum*, seu instrumentum illi simile quod nos vernacula lingua *un rossignol* appellamus. Alludit autem comicus ad Euripidis drama quod non exstat. BRUNCK.

426. *ᾠκότριψ*] Hoc loco active: *pernicies domuum, ὁ ἐπιτρίβων τοὺς οἴκους.* Sic *οἰκοτρίβης δαπάνη, sumtus rem domesticam proterens sive perdens,* in carmine Critiæ apud Athenæum p. 432. Alias, ut notum, *οἰκότριψ* est *vernula, famulus* qui quasi *teritur* in opere domestico faciendo, ut aliquod instrumentum. BERG.

427. *θριπήδεστα*] Lycophron v. 508. *τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων σφραγὶς δοκεύσει.* ad quem locum Joh. Tzetzes

notat, veteres adhibuisse ligna vermibus corrosa pro sigillis; quod testatur etiam Pausanias apud Eustathium p. 1403. Hæc ex notis Kusteri ad Suidam. Est autem *θριπήδεστος* a *θρὶψ* *teredo* et *ἔδω* *edo*, unde *ἐδηδεσμένος*. Sic *τόξα θριπήδεστα* *arcus a vermibus corrosos* dixit Synesius epist. 104. Sed ibi legitur *θριπηδέστατα*, quod et ipsum tamen non inusitatum videtur ex Luciano in Lexiphane. BERG. *θριπήδεστα* sine elisione R. Aug. Junt. *θριπηδέστατα* Suidas in h. v. et in *κακοηθέστατα* et *Λακωνικαὶ κλεῖδες*, et fortasse ex hoc loco Photius p. 95, 7. "Aristophanis locum interpretari Hesychius videtur in voce "*θριπόβρωτος*, ubi ait: *οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις* "*ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φι-* "*λοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι.*" SCHNEIDER. ad Theophrast. vol. 3. p. 415.

432. *τῆς γραμματέως*] Ad hunc locum respexit Pollux 4, 19. *Ἀριστοφάνης δὲ παίζει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, λέγων ἡ γραμματεύς.* Comicum hoc est et facetum. Sic alibi, in serio etiam, immo tragico sermone, substantiva masculina feminis tribuuntur. Helena in cognomine Euripidis dramate v. 288. ait:

μήτηρ δ' ὄλωλε, καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγώ.

Confer quæ notavi ad Æsch. s. Th. 226. BRUNCK. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 118. Adde *τὴν ῥήτορα*, quod Photius p. 486, 24. ex Aristophane memorat.

434. *οὔπω*] Legebatur *οὐπώποτε*.

436. Vitiosa est scriptura librorum *δεινότερον*, nec satis certum videtur quod reposui *δεινότερα*.

437. *πάσας δ' εἰδέας* (*ἰδέας* Suidas in *ἐβάστασεν*) *ἐξήτασεν,* | *πάντα δ' ἐβάστασεν φρενὶ, πυκνῶς τε*] Versus turpiter interpolati, in quibus vix unum alterumve verbum est quod ab Aristophane scriptum videatur. Duo dimetros trochaicos positos a poeta fuisse ex versibus antistrophicis intelligitur, qui servati sunt integerrimi.

440. *αὐτὴν* Scaliger. Libri *αὐτῆς*.

441. *Ξενοκλέης* Bentleius. Libri *Ξενοκλῆς*.

443. *ἕνεκα καὐτὴ* Porsonus. Libri *ἕνεκ' αὐτή*.

446. *ἁνὴρ*] *ἀνὴρ* libri.

448. *στεφανηπλοκοῦσ'*] De hoc verbo dixit Lobeck. ad Phrynich. p. 650.

ἐν ταῖς μυρρίναις] Vide notam ad Lysistr. 557. BRUNCK.

449. Afferunt hunc versum scholiasta Platonis p. 85. ed. Ruhnk. et Suidas in *τέως*.

451. Vide Bellerophontis fragm. 25. in Musgravii Euripide, et quæ notavit vir excellens ad Sisyphi fragm. 1. Fueritne Euripides atheus, anne, non quæro. Aliud quid dicam, quod certum mihi videtur. Si capitale crimen ei, ut Socrati, fuisset intentatum, nihil causæ est, quin credam, exstiturum fuisse male feriatum aliquem anilium fabularum consarcinatorem, qui memoriæ prodidisset, Aristophanem ab inimicis Euripidis pretio subornatum fuisse, ut eum in scena impietatis reum ageret. BRUNCK.

456. *τοῖς* additum ex Plutarchi Mor. p. 853. et Gellio N. A. 15, 20.

τραφείς] Nam matrem habebat olerum venditricem.

458. *συνθηματιαίους*] Id est coronas locatitias, sive quas alter faciendas locaverat, certa mercede promissa. Vid. Athen. 15. p. 680 c. et Pollucem 7, 200. KUST.

461. *κἀστωμύλατο*] Legebatur *κατεστωμύλατο*. Correxi in editione a. 1825.

462. *ἄκαιρα*] *ἄκερα* R. Aug. Junt.

463. *πολύπλοκον*] Lectio suspecta propter syllabam secundam productam.

νόημ' Aug. *νόημα* R. Junt.

465. *ὕβρεος*] Scribebatur *ὕβρεως*.

466. Mnesilochus mulierem habitu simulans incipit defensionem Euripidis. BERG.

467. *ἀκουούσας*] *ἀκουούσαις* R. Aug. Junt. Correctum in aliis editionibus.

469. *ὀναίμην* Suidas in h. v. Libri *ὀνοίμην*. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 13.

470. *εἰ μὴ μαίνομαι*] Plato Protag. p. 349. e. *κάλλιστον μὲν οὖν, ἔφη, εἰ μὴ μαίνομαί γε*.

471. *ἀλλήλαισι* Brunckius. Libri *ἀλλήλοισι*.

472. *ἐκφορὰ* Valckenarius ad Eurip. Hippol. 294. Libri *ἔκφορος*.

473. *τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα;* *ταῦτα* construendum cum *αἰτιώμεθα*, ut in simili versu Acharn. 514.

τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα;

Participium ἔχουσαι abundare videtur: sed est ἰδίωμα Attici sermonis, hypallage participii et verbi, sic resolvenda: τί ταῦτα ὑπάρχομεν ἐκεῖνον αἰτιώμεναι; formulam illustrat Kœnius ad Corinthum p. 63. Exempla apud Atticos poetas passim obvia. Infra 852. Ran. 202. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Av. 341. τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων κάρτα. Conc. 853. τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων; 1151. τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Nub. 131. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; 509. τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; BRUNCK. Scribendum ἔχουσ' ἐκεῖνον: nisi, quod probabilius videtur, versum aliquem Euripidis imitatur. Vulgatam scripturam citat Suidas in τί ταῦτα.

474. εἰ] ἢ R. Aug. Junt.

476. μἄλλην] Libri μὴ ἄλλην.

477. πολλὰ δείν'· ἐκεῖνο] πόλλ' ἐκεῖνο libri. δεῖνα πόλλ' Bentleius. Meliore verborum ordine πολλὰ δείν' Dawesius.

478. ἦ] Scribebatur ἦν.

479. καθεῦδεν Brunckius καθεύδειν R. Aug. Junt. 'κάθευδεν editio Veneta a. 1538.

οὖσαν ἑπτέτιν] Cod. Aug. [et R.] et vett. editt. male ἑπτέτιν οὖσαν. Ad metri legem Kusterus voces transposuit. In cod. scriptum διεκόρευσεν. Pollux 3, 42. hunc locum citans habet διεκόρησεν. Hac forma utitur Lucianus cum alibi, tum in Dial. Neptuni et Enipei vol. 1. p. 320. ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοί, διεκόρησας τὴν παῖδα. Illa vero in dialogis meretriciis vol. 3. p. 309. τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην. Confer notam ad v. 760. BRUNCK.

481. μου 'κνυεν] A κνύειν est κνῦμα: qua voce usus est Eccles. v. 36. κνύειν nimirum est, *januam unguibus leniter scalpere* (non *pultare*, ut quidam male), quod amantes facere solebant, noctu ædes amicarum clam ingressuri. KUST.

481. ἐλθὼν] ἕλκων Eustathius p. 1746, 4.

486. ἔτριβεν] Scribendum ἔτριβε, ut Suidas in σφάκον.

ἄννηθον] Libri et Suidas ἄνηθον. De quo dixi ad Nub. 982.

σφάκον] Vid. Schneider. ad Theophrast. vol. 3. p. 460.

487. καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ] Plautus Curcul. 1, 3.

Placide egredere, et sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum,
Ne quod hic agimus herus percipiat fieri, mea Planesium.
Mane, suffundam aquulam. BRUNCK.

488. *ἠρειδόμην*] Ita in Ecclesiaz. v. 615, *πῶς οὖν εἰ πάντες ἴασιν ἐπὶ τὴν ὡραιοτάτην αὐτῶν καὶ ζητοῦσιν ἐρείδειν*; BERG. *ἐρειδόμην* R. Aug. Junt.

489. *παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ*] Hesychius, Ἀγυιεύς: *ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος.* Ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK. Vid. Steph. Byz. in *Ἀγυιά.*

κύβδ'] Statum et habitum mulieris exprimit se componentis, ut ab amatore iniri possit: idem schema designat quod innuitur Lys. 231. *κύνδ'* Junt. BRUNCK. *κύβδ'.* R. Aug.

491. *κωρεωκόμων*] De hac forma non debebat dubitare Lobeck. ad Phrynich. p. 696.

493. *ληκώμεθα*] Sic apud Suidam legitur v. *ληκώμεθα,* cujus glossæ sunt *κινώμεθα* et *βινώμεθα.* Illud est in cod. Aug. et vett. editt. hoc in recentioribus, nescio quo auctore. Vide Piersonum ad Mœrim p. 6. cui laus debetur deprehensæ apud Suidam istius lectionis. Hesych. *ληκῶ, τὸ μόριον. ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι.* Ejusdem est originis verbum *λαικάζειν,* quod legitur supra 57. et Eq. 167. *ἐν Πρυτανείῳ λαικάσεις* [*λαικάσει*]. BRUNCK. *ληκώμεθα* a pr. m. R. *κινώμεθα* a correctore.

494. *σκορόδια μασώμεσθ', ἵνα* | *ὀσφραινόμενος*] Sic mutavi scripturam librorum *σκορόδια μασώμεθα* | *ἵν' ὀσφραινόμενος,* conjectura, ut nunc sentio, minus probabili. Scribendum cum Bentleio *σκόροδα διαμασώμεθα,* | *ἵν' ὀσφρόμενος* — . Sic *ὀσφρόμενος* in *ὀσφραινόμενος* corruptum Vesp. 792.

σκόροδα] Postquam amator mane abierat, tum mandebat allia mulier, ut halitu nocturni furti suspicionem amoveret. Vide quo argumento Praxagora evincat se noctu cum mœcho non fuisse, Conc. 524. BRUNCK. Sic in Symposio Xenophontis, quum Niceratus cepas vellet comedere, unus ex convivis inquit: *ὦ ἄνδρες, ὁ Νικήρατος κρομμύων ὄζων ἐπιθυμεῖ οἴκαδε ἐλθεῖν, ἵνα ἡ γυνὴ αὐτοῦ πιστεύῃ, μὴ διανοηθῆναι μηδένα ἂν φιλῆσαι αὐτόν.* BERG. Conf. Lys. 798.

495. *ἁνὴρ*] *ἀνὴρ* libri.

τείχους Bentleius. Libri *τοῦ τείχους.*

500. *ὑπ' αὐγὰς*] Timæus Lex. Plat. p. 264. *ὑπ' αὐγάς: ὑπὸ τὸν ὄρθρον, ἢ ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα.* ubi Ruhnkenius et Hemsterhusius plurima attulerunt locutionis usitatissimæ exempla. Ejusmodi loci recordatus librarius aliquis *ὑπ' αὐγὰς* vitiato metro intulit Aristophani, qui vix dubitari potest quin *ὑπ' ὄρθρον*

scripserit. Neque enim de *ὑπαυγές* cogitari potest, quod Bentleio in mentem venit. Scripturam vulgatam imperite defendit scholiasta, *ὅτι καὶ συστολαῖς βιαίοις χρῶνται καὶ ἐκτάσεσι· καὶ ἄνω* (v. 176.), *ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἦλθον ἀλλ' εἰπεῖν βούλομαι.* quæ sic sunt corrigenda, *ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἦλθον ἅ μ' εἰπεῖν. λέγε.* Nam ita in libro suo scriptum invenisse videtur scholiasta pro *ἅ μ' εἰπεῖν*: quo factum ut *ἅ* produci putaret. Similis imperitiæ documentum edidit scholiasta Vesp. 902. codicis sui vitio deceptus.

501. *μοιχὸν*] Libri *μυχόν.* Correctum in editione Frobenii.

504. *ὠκυτόκι'*] Libri *ὠκυτόκεια.* Correctum ex Polluce 2, 7.

505. *ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον*] Uti infantes olim in ollis exponi solebant, quod inde etiam *ἐγχυτρίζειν* vocabant, teste schol. Arist. ad Ran. v. 1221. et Suida v. *ἐγχυτρίστριαι,* sic in iisdem clam inferri solebant, quos mulieres sibi subjicere volebant: ut ex hoc loco patet. KUST.

506. *κηρίῳ βεβυσμένον*] Huc pertinet Hesychii glossa: *κηρίῳ βύσασα. εἰς τὸ στόμα τῶν παίδων ἐτίθεσαν κηρίον, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοᾷν, ὁπότε ὑποβάλλοιεν.* BRUNCK. Similiter scholiasta.

509. *χύτρας*] Scholiasta, *δέον εἰπεῖν* " *τὸ βρέφος τὸ ἦτρον τῆς* " *μήτρας ἐλάκτισεν,*" *εἶπε τῆς χύτρας, ἐπειδὴ ἐν χύτρᾳ εἰσῆλθε τὸ παιδίον.*

514. *αὐτέκμαγμα* R. *αὐτ' ἔκμαγμα* Aug. *αὖτ' εἶγμα* Junt. *αὖτ' ἔκμαγμα* legerunt Pollux 9, 131. Suidas in *κύτταρον, λέων* et *πόσθιον,* Eustathius p. 462, 39. 1857, 16.

515. *ἅπαξ ἅπαντα* R.

519. Imitatur locum Euripidis ex Telepho, *εἶτα δὴ θυμούμεθα | παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες.*

527. *ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη*] Proverbiale est si eveniant inexspectata. Ovidius: *omnia jam fient fieri quæ posse negabam.* Macho apud Athen. 6. p. 246. *νῦν πάντα, φησὶ, γίνεθ'· ἡ μὲν οὐ κύει, | ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.* BERG. Herodot. 4, 195, 37. 5, 9, 97. addit Dobræus.

528. *ὑπὸ λίθῳ*] Proverbium fuit *ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος.* Vide scolion apud Athen. 15. p. 695. BERG. Praxillæ tribuit scholiasta.

530. *μὴ δάκῃ ῥήτωρ*] Præter exspectationem pro *σκορπίος* dixit *ῥήτωρ.* Sic etiam *συκοφάντου δῆγμα* dixit in Pluto v. 886. BERG.

533. *Ἄγραυλον*] Sic etiam cod. Aug. [et R.] sed mendosa scriptura est: repone *Ἄγλαυρον*. Hesych. *Ἄγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς. ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς.* Ad quam glossam vide interpretes. Agraulos Cecropis uxor cum filia Aglauro sæpe confusa: proclivis error in duarum literarum transpositione. Vide Musgravium ad Eurip. Ion. 23. Per Aglauron Cecropis et Agrauli filiam jurabant Atticæ mulieres. Ovidius Metam. 2, 777.

Pars secreta domus ebore et testudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum tu, *Pandrose*, dextrum,
Aglauros lævum, medium possederat *Herse*.

Nomina sunt trium Cecropis et Agrauli filiarum, quas a matre Euripides appellat *παρθένους Ἀγραυλίδας*. Pausanias Attic. c. 18. *ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν. Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ἕρσῃ καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναι φασὶν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον, καθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. Πάνδροσον μὲν δὴ λέγουσι πιθέσθαι· τὰς δὲ δύο, ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτὸν, μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὑτὰς ῥίψαι.* In Aglauri templo ephebi, postquam Lexiarchico inscripti fuerant, sacramentum dicebant, cujus formula legitur in Sam. Petiti Leg. Att. p. 231. Ut per Aglauron, ita etiam per illius sororem Pandroson jurabant Atticæ mulieres, quod constat e Lys. v. 439. *νὴ τὴν Πάνδροσον* — ad quem locum scholiastes: *θυγατέρες Κέκροπος Πάνδροσος καὶ Ἀγραύλη.* (scr. *Ἄγλαυρος*) *ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται.* BRUNCK. Vid schol.

536. *εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν*] Schema est *ἀνανταπόδοτον*, de quo præter Kusterum ad Pluti v. 468. videndus Koenius ad Gregor. Cor. p. 19. BRUNCK. Vid. schol. Hom. Il. *a*, 137. PORSON.

μὴ, ἡμεῖς] Crasis insolentior. *μὴ, αὐταὶ | ἡμεῖς* Porsonus.

537. *τέφραν*] Ad vulsuram utuntur cinere, ut pili firmius prehendi possint. Conf. Nub. 1082. BERG.

541. *ἀσταὶ* R. Aug. *αὐταὶ* Junt.

546. *ἐπίτηδες* Kusterus. Libri *ἐξεπίτηδες*.

547. *Πηνελόπην*] Anapæstum in pede septimo, qui excusationem ab nomine proprio habet, notavit scholiasta.

548. *ἐποίησ'*] Libri *ἐποίησεν*. Correxit Bentleius.

553. *πλείον'* Bentleius. Libri *πλεῖον*.

555. *πω* addidi in editione a 1829. Ita in Lys. 355. est *οὔπω τὸ μυριοστόν*.

556. *ἔπειτά γ'*] Scribendum *ἐπεὶ τόδ'* cum Kustero.

557. *ἔπειτα*] *ἐπεὶ* R. et Aug., uterque a prima manu: *ἔπειτα* ab altera.

οἶνον R. a m. sec.: vulgo (et apud Suidam in *σιφωνίζομεν*) *σῖτον*, quod legit scholiasta, qui annotavit, *κατεχρήσατο εἰποῦσα σιφωνίζομεν σῖτον· κυρίως γὰρ σιφωνίζειν τὸ τὰ ὑγρὰ ἀποσπᾷν.* Eccles. 14. de lucerna, *στοάς τε καρποῦ βακχίου τε νάματος | πλήρεις ὑποιγνύσαισι συμπαραστατεῖς.*

σιφωνίζομεν τὸν οἶνον Kusterus. Vulgo ineptissime *τὸν σῖτον*. At in interpretatione nominis *στλεγγίδας* hærent viri docti, nec prorsus intelligunt quem strigil præbeat usum hauriendo e doliis vino. Sane *στλεγγὶς* ea sui parte qua stringit, cutemque abradit, instrumentum est huic fraudi haud apprime utile: sed pars illa stringens aptata erat manubrio satis longo et cavo, quo facile, tanquam siphone, mulieres uti poterant. Hoc primum: estque hæc interpretatio ita probabilis, ut, etiamsi nulla alia suppeteret, ab hoc *στλεγγίδας* suspicionem omnem vitii amoliri deberet. Sed præterea aliud quid hoc nomen significat, a sententia hujus loci minime alienum. Nempe fuit quoddam muliebre capitis ornamentum *στλεγγὶς* appellatum: aurea erat bractea, quæ facile in culmi formam cogi poterat, ut ea, tanquam fistula, mulieres vinum traherent. Hujus rei auctor est scholiastes comici ad Eq. 577. descriptus a Suida in *στλεγγίς*. *Καλεῖται δὲ στλεγγὶς, καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν.* Quod vero addit, vel priorem nostram interpretationem stabilit, vel tertiæ fundamentum substernit: *ἡ δὲ στλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι. οὐ γὰρ πρὸς τὸ περιξύεσθαι ἄν τις αὐτῇ χρήσαιτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι.* Si cui deinceps negotium facessat istud *στλεγγίδας*, haud sane erit, quia nesciet quid significare possit, sed quia dubius hærebit, quamnam e variis significationibus eligat. BRUNCK.

558. *ἐξ 'Απατουρίων*] Vid. Acharn. 146.

559. *φαμεν*] Subauditur *ἐξενεγκεῖν* aut *κλέψαι*. Conf. Vesp. 362. Pac. 1152. BERG.

560. *τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει γυνὴ*] Anapæsti in pede quarto

positi etsi aliquot sunt exempla, hic tamen probabilior est Suidæ lectio (in *κατεσπόδησε*), *ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει.*

τῷ πελέκει] Scholiasta, *τοῦτο δὲ διὰ τὴν Κλυταιμνήστραν.*

563. *'Αχαρνικῇ*] Scribendum *ἀχαρνικῇ* cum Dobræo.

ταυτὶ] *ταῦτα* Bentleius.

564. *τῆς δούλης τεκούσης ἄρρεν', εἶτα σαυτῇ τοῦθ' ὑπεβάλου*] Euripides Alcest. 638. *οὐδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα, καὶ κεκλημένη μήτηρ μ' ἔτικτε. δουλίου δ' ἀφ' αἵματος μαστῷ γυναικὸς σῆς ὑπεβλήθην λάθρα.* BERG.

567. *ἐκποκιῶ*] *ἐκτιλῶ* interpretatur Hesychius.

οὐ δὴ Bothius. Libri *οὐδέ.*

570. *χεσεῖν* aoristi secundi esse infinitivum, cum *πεσεῖν* comparandum, monet grammaticus in Crameri Anecd. vol. 1. p. 176, 24. *ὡς 'Αριστοφάνης εἴρηκε που — χεσεῖν, δέον εἰπεῖν αὐτὸν χέσαι.* Dobræo ipsum hoc *χέσαι* restituendum videbatur.

574. Clisthenem hunc accedentem videns chorus dicebat v. 577. mulierem venire; nempe notat eum tanquam delicatulum et comtum et barbam radere solitum. Sic in Nubibus, ubi dicitur nubes imitari illius formam quem viderint, v. 354. *καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες.* Venit autem iste tanquam proditor Mnesilochi. BERG.

576. *ὑμῶν*] *ὑμᾶς* Suidas in *προξενῶ.*

580. *μὴ καὶ* Porsonus. Libri *καὶ μή.*

581. *ἀφράκτοις*] Scribendum *ἀφάρκτοις.* Vid. ad Acharn. 95.

585. *ἀναπέμψαι*] Scholiasta, *ἐπὶ ὑψηλοῦ γὰρ κεῖται τὸ Θεσμοφόριον.* Sic *ἀνῆλθες* v. 623.

590. *κἀπέτιλ'*] Libri *κἀπέτιλλ'.*

593. *ἠνείχετ' ἂν* Brunckius. Libri *ἠνείχετο.*

594. *οἴομαι 'γωγ'* Bentleius. Libri *οἶομ' ἔγωγ'.*

596. *'πεπύσμην ταῦτα* Bentleius. Libri *πεπύσμην ταυτί.*

600. *ἡμᾶς* Aug. *ὑμᾶς* R. Junt.

601. *ξυνέξευρ'* Suidas in *πρόξενος.* Libri *συνέξευρ'.*

603. *εἶ*] *ἢ* Aug., non R.

Verba *ποί τις τρέψεται;* et mox *κακοδαίμων ἐγὼ,* secum Mnesilochus dicit ad spectatores conversus, quæ ab aliis scenæ personis non exaudiri fingitur. BRUNCK.

605. *ἥτις*] Libri *εἴτις.* Correctum in editione Veneta a. 1538.

εἶμ' addidit Porsonus.

606. ἤδ' ἡ editio Porti. ἤδε R. Aug. Junt.

611. τις addidit Kusterus.

616. γάρ· ἐχθὲς] χθὲς γὰρ Suidas in στραγγουριῶ.

κάρδαμα] Vid. ad Nub. 234.

617. καρδαμίζεις] Finxit hoc verbum a proximo κάρδαμα. Sic in Vespis v. 649. quum alter dixisset: ὦ πάτερ, alter inquit: παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε. BERG.

621. Hic versus vulgo totus tribuitur Clistheni. Correctum ex Aug.

622. τὸν δεῖνα τὸν τοῦ δεῖνα] Similes sunt loci Plauti Mercat. 4, 3, 23. et 31. Trinum. 4, 2, 62.

624. ὁσέτη Schæferus ad Gregor. Cor. p. 65. Vulgo ὅσ' ἔτη.

625. οἴμοι τάλας Clistheni tribuebatur. Correctum ex R.

οὐδὲν λέγεις Clistheni, reliqua mulieri recte tribuit R.

629. ὅτι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο] Vesp. 831. ὃ πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν κατεφαίνετο. BERG.

630. μέντοι additum ex Suida in προπίνει. Nub. 787. φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν;

632. δαὶ Bentleius. δὲ libri.

633. Ξένυλλ' R. Aug. et Pollux 10, 45. qui hunc versum ex Polyido affert memoriæ lapsu. ξένη μ' Junt.

635. ἁνὴρ] ἀνὴρ libri.

638. στρόφιον] Fascia vel zona, qua virgines et mulieres papillas vincire solebant. KUST.

640. Δὶ] Scribebatur Δία. Vid. ad Eq. 319.

642. δὲ Aug. δὴ R. Aug.

644. Personis hoc loco absurdum in modum divisæ erant loquendi vices: v. 638. mulieri perperam tribuitur; ad Clisthenis partes pertinet, cui demandatum munus Mnesilochum arguendi. Dixerat ei mulier ἀπόδυσον αὐτόν. Tum ille pro imperio Mnesilochum jubet fasciam solvere: postea rursus eum jubet surgere rectumque stare. V. ἀνίστασ' ὀρθὸς Clistheni adscribi debuit: sequens totus est mulieris: in cod. Aug. uni personæ tributus est. BBUNCK.

διέκυψε] Legebatur δὴ ἔκυψε. Correxi in edit. a. 1830.

646. ἐνγεταυθί] Vid. ad Eq. 1357.

μἀλλὰ] Libri ἀλλά. Correxit Bentleius.

647. Hic versus in codicis Aug. contextu omissus, in mar-

gine ab eadem manu adscriptus est. [Ab m. rec. adscriptum habet R. Citatur ab Suida in *ἰσθμός*.] Corinthii, ne totam Peloponnesum circumnavigare cogerentur, naves machinis traducebant per Isthmum ab uno mari ad alterum. Sic intelligi debet vetus scholiastes, cujus ad hunc locum verba descripsit Suidas: *ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ ἰσθμοῦ εἷλκον οἱ Κορίνθιοι. ὥστε μὴ περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ διϊσθμονίσαι ἐκάλουν.* Dicebatur etiam *διϊσθμεῖν, ὑπερισθμεῖν, ὑπερνεολκεῖν*, quorum verborum exempla apud Polybium reperiuntur. Male hoc de fossa accepit Kusterus, quum terrestri via navium illa traductio fieri soleret. BRUNCK.

651. *εἰσεκύλισα* Kusterus. Libri *εἰσεκύλησα*.

653. *οἰχήσεται* Bentleius. Libri *οἴχεται*.

657. *εἰσελήλυθεν* libri: *ἐσελήλυθε* Bentleius. Quod etsi defendi in anapæstis potest, longe probabilior tamen Elmsleii est emendatio *εἰσῆλθεν*.

658. *διαθρῆσαι* Kusterus. Libri *ἀθρῆσαι*.

659. *ἡμιχ.* præfixum in libris.

εἶα] *εἴα* Aug. Junt. hic et infra. Conf. ad Lys. 1303. *εἶτα* R.

660. *πανταχῇ* post *χρὴ* positum in libris. Transposuit Kusterus.

662. *χρῆν* Bentleius. Libri *χρή*.

663. 665. Versus non integri, ut videtur.

665. *διάρριψον* libri. Male Brunckius *διάριψον*.

667.—686. In his versibus multa sunt interpolata, quæ non videntur conjecturis restitui posse.

667. *μὴ λάθῃ*] *ληφθῇ* Reisigius Conject. p. 270. probabiliter. Conf. v. 679.

669. *ἅπασιν ἔσται*] Scribendum videtur cum Hermanno *ἔσται πᾶσιν*.

679. *ὅσια*] Sensus *ἀνόσια* postulat, quod restituit Bentleius, sed metrum non persanavit.

680. *μανίαις*] *μανίαισι* Reisigius.

683. *ἔστιν*] Scribendum *ἔσται* cum Reisigio.

684. Terminatur hoc carmen tribus dochmiis *ὅτι τὰ παράνομα τά τ' ἀνόσια θεὸς* * * *ἀποτίνεται.* Excidit fortasse *αὐτίκ'* (cujus interpretatio est *παραχρῆμα*): quæ etiam Reisigii sententia fuit quamvis reliqua aliter constituentis.

686. *παραχρῆμά τε τίνεται*] Hæc verba recte delet Reisigius. *γίνεται* Junt., non R. Aug.

689. *ἆ ἆ*] *ἀά* R. *ἀ ἀ* Aug. *α α* Junt. Scribendum *ἀᾶ*. *ποῖ ποῖ* Bisetus. *ποῖ* semel libri: et recte, si *ἀᾶ* in *ἆ* mutetur, *ἆ ποῖ σὺ φεύγεις* — . Quod fortasse præstat.

690. *καὶ τὸ παιδίον ἐξαρπάσας*] Mnesilochus quum videret se in magno periculo esse, rapit a muliere quadam infantem (infantem enim esse putabat) et cum eo ad aram confugit, ut quasi obsidem habeat, atque, si mulieres ipsum velint occidere, eas ab incepto deterreat, tanquam prius infantem occisurus. Imitatur autem comicus Euripidem in Andromacha, sed œconomiam invertit; nam ibi Andromacha, quam Hermione et Menelaus volebant occidere, ad aram confugit, ut ibi sarta tectaque esset: Menelaus autem, ut eam cogat inde discedere, absconditum alicubi filiolum ejus comprehendit, et occisurum minatur, ni mater aram deserat. Simile quid est in Œdipo Coloneo Sophoclis, ubi, quum Creon vellet Œdipum cogere, ut rediret Thebas, comprehendit illius filias. Vide ibi v. 812. aut 852. Hæc apud tragicos seria sunt, comicus autem in iis jocatur; ut etiam facit in Acharnensibus, ubi quum carbonariorum grex vellet occidere Dicæopolin, iste arripit corbem carbonarium, et eum contra prius occidere vult, et sic grex miseratione corbis motus, parcit Dicæopolidi. Vide ibi v. 331. BERG.

693. *ἀφῇτ'* R, ut videtur. *ἀφεῖτ'* Aug. *ἀφείητ'* Junt.

697. *καὶ* additum ex schol. Pluti v. 453. et Gregorio Cor. p. 22.

700. 701. in unum versum conjungendi.

700. *τόδε* Dobræus. *δὲ* libri.

702. *ὡς ἅπαν γάρ ἐστι* (libri *ἐστιν*) *τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας*] Scholiasta, *παροιμία*. Proverbium servavit Suidas, *ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας: ἐπὶ τῶν ἰταμῶν καὶ ἀναιδῶν*. Apud Aristophanem, nisi gravior corruptela latet, scribendum certe cum Bentleio *ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστὶ* — .

704. *ἐξαράξω* Bentleius. Libri *ἐξάρξω*.

706. *ὅστις* Porsonus. Libri *ὅτι*.

710. *ἥκεις* R. *ἥκισθ'* Aug. *ἥκεις θ'* Junt. *ἥκεις γ'* Suidas in *ἥκεις*. "Sententia est, unde quidem veneris, nescio. Non "tamen dices te facinus tale ausum facile effugisse." BENTL.

719. ἴσως] ἴσως ἔτ' Dobræus. Poterat etiam ἴσως τάδ', si in scriptura vulgata acquiescere nollet.

ἐνυβριεῖς Reisigius. Libri ἐνυβρίσεις.

721. — 725. Hæc quoque interpolata esse numerorum perversitas ostendit.

726. χρῆν σ'] χρή μ' Aug.

730. δὲ Kusterus. Libri τόδε.

τὸ Κρητικὸν] Hesych. Κρητικόν. ἱμάτιον λεπτὸν καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα, Κρητικὰ ἔλεγον. Ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK.

735. ποτίσταται] De hac superlativi formatione Atticis scriptoribus familiari agit Eustathius ad Odyss. p. 1441. plurimis adductis exemplis. Sic Ran. 91. λαλίστερα. Pl. 27. κλεπτίστατον. Acharn. 425. πτωχιστέρου. BRUNCK.

741. καὶ om. libri. Additum in Kusteri aliorumque editionibus.

742. ἤνεγκον] Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 98,11. ἤνεγκον ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφοκλῆς Τυροῖ, Ἀριστοφάνης Θεσμοφορίαις.

746. χόας] Scribebatur χοᾶς. Scholiasta, τοῦτο πάλιν ὡς ἐπὶ ἀσκοῦ· ἀντὶ γὰρ τοῦ εἰπεῖν ἔτη εἶπε χοᾶς.

747. χὤσον] Libri καὶ ὅσον.

ἐκ Διονυσίων] Hoc quomodo intelligendum sit explicat scholiasta, τοῦτο ἔθος ἦν Ἀττικοῖς, λέγειν τὰ ἔτη καὶ τὸν ὑπερπίπτοντα ἀριθμὸν ἀπὸ τῶν Διονυσίων.

749. ἐμπίπρατε] ἐμπιπρᾶται R. Junt. ἐμπιμπράτε Aug.

754. σφαγεῖον Tyrwhittus. τὸ σφαγεῖον vulgo. τὸ σφάγιον R.

758. Creticam vestem, qua bibacula mulier utrem vini plenum involverat, ut speciem infantis præberet, projicit ei Mnesilochus, tanquam victimæ pellem. Alludit autem ad sacrorum morem, quo sacerdotibus cedebant reliqua e victimis, scilicet pelles et κωλαῖ. Vide Petitum de Leg. Att. p. 75. BRUNCK.

760. ἐκκορέω idem significat, quod διακορέω, de quo supra ad v. 480. et sic forte intelligendus est Hesychius in glossa ἐκκοροῦσι, φθείρουσιν. At hic valet τὴν κόρην ἀφαιροῦμαι. Ludit in ambiguo comicus: *Quis te devirginavit?* pro *Quis tibi puellam tuam ademit?* Priori modo ambiguitas in versione exprimi poterat, idque eo magis fieri debuit, quod sequens versus nulli alii rei additus videatur, quam ut ambiguo ἐξεκόρησε interpretamento sit. *Miserrima Mica, quis te devirginavit? quis di-*

lectam et unicam filiolam tibi eripuit? BRUNCK. Conf. Boeckh. ad schol. Pindari p. 330.

761. *τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σοὐξῃρήσατο;*] Hunc versum, suspectum etiam propter aoristi formam *ἐξαιρήσασθαι,* ex interpretatione præcedentium verborum ortum esse recte suspicatur Lobeckius ad Phrynich. p. 718.

768. *οὐ φαίνετ' οὔπω*] *οὐ φαίνεταί πω* Dobræus.

ἂν addidit Porsonus.

770. *ἐκ τοῦ Παλαμήδους*] Locum hunc citat et explicat Suidas v. *Παλαμήδης* [ex scholiasta.] Tangit autem Aristophanes tragœdiam Euripidis, *Palamedes* inscriptam, in qua tragicus ille Palamedem fecerat palmulas remorum, quibus casus suos inscripserat, in mare projicientem, ut si forte tempestate et fluctibus ad patrem Nauplium deferrentur, ipsi essent epistolæ loco. Hanc inventionem Aristophanes hic ridet. KUST.

771. *πάρεισί μοι* Brunckius. Libri *πάρεισιν αἱ.* Quod revocandum. Dobræus dubitanter *ἀλλ' οὐ γάρ εἰσί μοι πλάται* conjecit.

772. *γένοιντ'*] *γένοιτ'* R. Aug. Junt.: aliæ editiones veteres *γένοιντ'. γ' ἔκειντο* Suidas in *Παλαμήδης.*

ἂν ἀθλίῳ Brunckius. *ἄν μοι* libri. Solum *μοι* habet Suidas. Fortasse scribendum *πόθεν οὖν γένοιτ' ἄν μοι πλάτας λαβεῖν; πόθεν;*

πόθεν; τί δ' ἂν εἰ om. Suidas.

773. *τἀγάλματ'*] Scholiasta, *πίνακες γὰρ ἦσαν ἐν τῷ ἱερῷ.*

777. *χρῆν* Bentleius. *χρὴ* libri et Suidas in *πορίμῳ.*

781. *τὸ ῥῶ*] Hæc dicit nomen Euripidis scribens.

788. *στάσις*] *στάσεις* R. Aug. Junt. Correctum in aliis.

789. *ἡμᾶς*] *ὑμεῖς* Dobræus ad Pluti v. 586.

790. *ἐγκύψασαν*] Scribendum *ἐκκύψασαν* cum Dobræo.

792. *ἐξέλθῃ*] *ἐξέλθοι* Aug.

εὕροιτ' Porsonus. Libri *εὕρητ'.*

793. *χρῆν*] *χρὴ* R. Aug. Junt. Correctum in aliis.

794. *κατελαμβάνετ'*] *καταλαμβάνετ'* R. Aug. Junt. Correctum in aliis.

795. *καταδάρθωμεν*] *καταδαρθῶμεν* R. Aug.

797. *ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεᾶσθαι*] *τὸ κακὸν ζητεῖτε θεᾶσθαι* J. Kaye ab Dobræo memoratus.

799. *παρακῦψαν*] *παρακύψασαν* R. Aug. Junt. *παρακύψαν.*

Correctum in Kusteri aliorumque editionibus. Præterea transpositis verbis scribendum *αὖθις τὸ κακὸν παρακύψαν ἰδεῖν.* idque voluit Porsonus, cujus e schedis quod annotatum est *παρακύψαν τὸ κακὸν ἰδεῖν,* si scripsit, calami lapsu scripsit.

803. *ἕκαστον*] *ἕκαστος* R. Aug. Junt. Aliæ *ἕκαστον* vel quod in editione Brubachii positum est *ἑκάστου.*

804. *μέν γ'* Dobræus in appendice ad Aristoph. p. 131. Libri *μέν*: quod Brunckius in *μήν* mutavit. Nausimacham meretricem fuisse annotavit scholiasta.

Χαρμῖνος] Innuit Charminum victum fuisse naumachia ab Astyocho Lacone ad Symam insulam sex triremibus amissis, anno 20. belli Peloponnesiaci, hieme. Paucis igitur mensibus ante hujus dramatis didascaliam, quod firmat nostram de ejus tempore sententiam. Vide Thucyd. 8, 42. Unde sequitur inter eam pugnam navalem hieme anni vigesimi factam et mortem Charmini, quæ sequente æstate evenit [vid. Thucyd. 8, 73.], hoc drama prodiisse, vivente adhuc Charmino. PALMER.

805. *Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς*] Sic et Cleo postponitur huic Salabacchæ in Equitibus v. 764. ubi ipse Cleo dicit: *εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχαν* [*Σαλαβακχώ*]. Hoc autem ait, non quia præclara quædam femina fuerit Salabaccha (erat enim meretrix): sed ut opprobrium magis exaggeretur: si enim deteriores sunt vili scorto, sane deterrimi sunt. Cleophontis autem mentio fit in Ranis v. 678. BERG.

806. *Ἀριστομάχην*] Hæc jam non est femina, sed ponitur pro *ἀρίστῃ μάχῃ* quasi nomen proprium feminæ. Intelligitur autem clarissima illa pugna Marathonia, qua Athenienses numerosissimum exercitum Persarum a Dario missum profligarunt. BERG.

807. *Στρατονίκην*] Hic etiam alluditur ad etymologiam vocis, quæ est a *στρατὸς* *exercitus* et *νίκη* *victoria*, ut sub nomine proprio feminæ intelligatur *victoria* ab *exercitu* hostili reportata, sive *victoria*, quam *exercitus* Atheniensium obtinuit. BERG.

808. *τῶν πέρυσίν τις βουλευτής*] Exagitat senatores anterioris anni, qui ignave sibi passi sunt eripi dignitatem a quadringentis viris et ob consilii et vigoris inopiam magistratu cesserunt, *πα-*

ραδόντες ἑτέροις τὴν βουλείαν· (nam *βουλεύειν* est *ἡ τοῦ βουλεύειν ἀρχή*) quod factum est anno belli Peloponnesiaci vigesimo. Nam licet eam narrationem Thucydides inseruerit inter alia acta anni vigesimi primi, tamen ait distincte ea prius evenisse. Sic enim ille in anni 21. initio 8, 63. *ὑπὸ τοῦτον γὰρ χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο.* Ergo secundum Thucydidem facta fuit ea mutatio anno vigesimo, et ex hoc loco firmatur rursus nostra de tempore hujus didascaliæ sententia. PALMER. Vide etiam Valesium in notis Maussaci ad Harpocrationem p. 141. KUST.

809. *βουλείαν*] *βουλίαν* Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 84, 31. *βουλείαν* Suidas in h. v.

φήσεις] Scribendum *φήσει* cum Kustero.

810. Ex Homero Il. δ, 405. *ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ᾽ ἀμείνονες εὐχόμεθ᾽ εἶναι.* DOBRÆUS.

811. *ζεύγει*] Conjungendum cum verbis *ἐς πόλιν ἔλθοι.* Durior verborum collocatio, ut in Vesp. 717. *ἔδοσαν δ᾽ οὐπώποτέ σοι, πλὴν πρώην πέντε μεδίμνους, καὶ ταῦτα μόλις ξενίας φεύγων ἔλαβες κατὰ χοίνικα κριθῶν.* ubi *κριθῶν* post *μεδίμνους* collocari debebat.

κατὰ πεντήκοντα τάλαντα] Vesp. 669. *κᾆθ᾽ οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα.* BERG.

813. *αὔτ᾽ ἀπέδωκεν*] *ἀνταπέδωκεν* Bentleius. Quod non probandum.

815. *ἀποδείξαιμεν* Bentleius. Libri *ἀποδείξομεν.*

ποιοῦντας Kusteri editio. *ποθοῦντας* R. Aug. Junt.

819. *μὴν* Bekkerus. Libri *μέν.*

828. *στρατιαῖς*] *στρατειαῖς* Aug. Vide ad Lys. 592. BRUNCK. Scholiasta, *συνέχεεν καὶ οὗτος ὡς Εὔπολις πολλάκις· στρατιὰ μὲν γὰρ τὸ πλῆθος, στρατεία δὲ ἡ στράτευσις.*

829. *τὸ σκιάδειον*] Intelligit *τὴν ἀσπίδα*, ut dicat multos esse *ῥιψάσπιδας*. BERG. Cleonymum potissimum in mente habet, ut recte monet scholiasta.

832. *χρῆν* Brunckius. Libri *χρή.*

834. *Στηνίοισι* scholiasta. Libri *τηνίοισι.* Photius p. 537, 9. *Στήνια: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἡ ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος· ἐλοιδοροῦντο δ᾽ ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις· οὕτως Εὔβουλος.* Similiter Hesychius. Scira memorantur Eccles. 18.

836. *εἰ* Brunckius. *ἦν* libri.

838. *σκάφιον ἀποκεκαρμένην*] Hic *σκάφιον* genus tonsuræ notat. Hesych. *σκάφιον — εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαι φασὶ τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον.* Ad hunc comici locum respexit Eustathius ad Iliad. p. 907, 41. At in Av. v. 806.

σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

σκάφιον non jam *tonsuram* notat, sed ipsum *caput,* ut e Salmasii observatione ad illum locum ostendetur. BRUNCK. Photius p. 517, 15. *σκάφιον ἀποκεκαρμένην: καὶ σκαφιόκουρον τὸν κείροντα.* Scholiasta, *εἶδος κουρᾶς δουλικῆς.* Hinc intelligitur cur oppositum sit *κόμας καθεῖσαν* v. 841.

840. *τὴν Ὑπερβόλου — μητέρ'*] Hanc sæpe traductam esse a comicis, noster comicus testatur in Nubibus v. 551. *οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος, τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.* BERG. Hyperboli et Lamachi matrum nomina ignota fuisse veteribus grammaticis ex scholiastæ annotatione intelligitur.

842. *χρήμαθ' ᾖ*] *χρήματ' ἦν* Aug. et editio Brubachii. *χρηματατ' ἦν χρῆν* R. *χρήματα τ' ἦν χρῆν* Junt. Eodem fere vitio libri illi versu 844. *χρήματατ'* vel *χρήματα τ',* quod ipsum quoque correctum in editione Brubachii.

εἰ Brunckius. *ἦν* libri.

846. *ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν*] Mnesilocho deflexis oculis indesinenter spectanti versus eam partem, qua se visurum sperabat accedentem Euripidem, contigit id quod natura fert, quodque nemo non expertus est, si diu oculorum aciem aliquo intenderit, ut dolerent ei oculi, eosque movere non posset, ita ut, vel invito eo, semper versus eandem partem conversi manerent, licet eo non amplius spectaret, quod eorum est, qui *ἰλλοὶ*, *strabi*, dicuntur. *Quis unquam*, ait Kusterus, *vel legit vel audivit aliquem exspectando strabum factum fuisse?* Non, *exspectando*, sed *spectando*, an is quem exspectaret veniret, strabus factus est. Unum altero intelligitur, qui tropus, ni fallor, *συνεκδοχὴ* appellatur. Si quis aliquid *exspectat*, eo *spectat*, unde illud venire possit. Eadem prorsus loquendi forma utitur Plautus Men. 5, 3, 6.

Lumbi sedendo; oculi *exspectando* dolent.

Sic enim in Plauti codd. et optimis editt. legitur: perperam in

recentioribus *spectando*. Confer Hemsterh. ad Hesychii glossam *ἰλλώπτειν*. BRUNCK.

ὁ δ' οὐδέπω] Subauditur *ἥκει, προσέρχεται, φαίνεται,* vel simile quid. BRUNCK. Similis ellipsis Vesp. 118. *ὁ δ' οὐ μάλα.*

848. *τὸν Παλαμήδην*] Respicit ad *πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους* supra v. 770. BERG.

850. *τὴν καινὴν Ἑλένην*] Dicit se imitaturum Helenam, de qua nuper Euripides scripserat tragœdiam; in qua Menelaus Helenam ex Ægypto repetit. Nam ibi eam fuisse detentam ait Euripides in illa fabula, ut et Herodotus. Itaque Mnesilochus utitur etiam verbis Euripideis; si forte Euripides tanquam Menelaus veniat et abducat Helenam, ut in sequentibus ostendetur. BERG.

851. *πάντως*] δ' recte addit Bentleius. Conf. v. 1012.

852. *κυκανᾷς* Kusterus. Libri *κυρκανᾷς,* qua forma poeta utitur v. 429. Ea servata *ἢ κοικύλλεις ἔχων* legebat Bentleius. "Utrumque dicitur *κυκανᾶν* et *κυρκανᾶν*. Etymol. M. *κυκανᾷ,* "*ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω· ἐὰν δὲ κυρκανᾷ, πλεονασμῷ τοῦ ρ.* — "Hesych. *κοικύλλειν, περιβλέπειν.* Cetera apud eum vide." BRUNCK.

853. *πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ'*] In Av. 1468.

πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν.

Similem minandi formulam observavi in Apollonio 3, 375. Alius ejusd. poetæ locus comico nostro admoveri poterat. Est ubi Iason ad Argum ait 3, 487.

μελέη γε μὲν ἧμιν ὄρωρεν
ἐλπωρὴ, ὅτε νόστον ἐπετραπόμεσθα γυναιξίν.

quod simile est Calonicæ sententiæ Lys. 31.

ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου γὰρ εἴχετο. BRUNCK.

855. Est initium dramatis Euripidei, ubi v. 2. legitur *ψεκάδος*. Vulgati comici libri habent *ψακάδος*, quod perinde est; [Attica forma *ψακάς* est.] et sic etiam in cod. Aug. scriptum. Sed primæ syllabæ superscripta ab eadem manu litera *ε*. Tertium versum ridiculi causa immutavit Comicus: apud Tragicum legitur:

λευκῆς τακείσης χιόνος ἀρδεύει γύας. BRUNCK.

857. *μελανοσυρμαῖον λεών*] Citat et explicat Suidas v. *μελανοσυρμαῖον*. *συρμαία* autem erat potio quædam medicata, alvi purgandæ vim habens: qua de re non repetam quæ prolixe

notavit Marcil. Cagnat. Var. Observ. 2, 18. Colligi autem potest ex loco hoc Aristophanis, Ægyptios frequenter *syrmæa* uti solitos fuisse: quod de iisdem etiam testatur Herodotus 2, 77. KUST. Eo respicit etiam in Pace v. 1253. *πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν.* BERG.

858. *νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον*] Hecatem *φωσφόρον* vocat et Euripides in Helena v. 575. *ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.* Vide Lys. 443. BERG.

859. *ἐμοὶ*] *ἡμῖν* apud Eurip. v. 16.

861. *Φρυνώνδας*] De infamia Phrynondæ v. Taylor. ad Æschinem p. 632. 633. PORSON.

862. *Ἑλένη δ' ἐκλήθην*] Ex Euripide v. 22.

864. Ex Euripide v. 52.

866. Ex Euripide v. 49.

867. *Μενέλεως* Brunckius. *Μενέλαος* libri.

868. *τί οὖν ἔτι ζῶ;*] *τί δῆτ' ἔτι ζῶ* Euripides v. 56. et 301.

τῶν κοράκων πονηρίᾳ] Hæc verba mulieri sunt tribuenda. Monuit Bentleius. Et sic scholiasta, qui annotavit, *ὅτι πονηροὶ οἱ κόρακες. ὅτι μέχρι νῦν οὐκ ἐσπάραξάν σε.*

870. *μὴ ψεῦσον*] Veteribus grammaticis tanquam novum et inusitatum hoc enotatum. Vetandi particula *μὴ* cum aoristis subjunctivis construi solet. Vide Koenium ad Corinthum p. 6. [15.]. BRUNCK. V. Porson. ad Eur. Hec. 1174.

871. Verba sunt Teucri in Euripidis dramate v. 68. Versus qui sequuntur duos non memini apud Euripidem legisse. BRUNCK.

874. Traducta etiam hæc ex Euripidis Helena v. 467.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ. *τίς δ' ἥδε χώρα; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι;*
ΓΡΑΥΣ. *Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ'· Αἴγυπτος δὲ γῆ.*
ΜΕΝΕΛΑΟΣ. *Αἴγυπτος; ὢ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.*

BRUNCK.

875. Audito Protei nomine, veteris historiæ mulier imperita credit de quodam Atheniense illos loqui, cui nomen fuerat Proteas. Similis est facetiæ, quod apud Molierium nostrum (*La Comtesse d'Escarbagnas, Sc.* 16.) ridicula muliercula audito Martialis poetæ Latini nomine, ait: *Quoi? Martial fait-il des vers? je pensois qu'il ne fit que des gands.* Proteæ Epiclis filii, Atheniensium classis præfecti meminit Thucydides. BRUNCK.

878. *οἷ πεπλώκαμεν*] Sic etiam Suidas in *οἷ.* Apud Eurip.

v. 469. Αἴγυπτος; ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα. Sed ibid. 540. forma Ionica πεπλωκότα, quam Matthiæ recte in πεπλευκότα mutavit. Aristophani quoque πεπλεύκαμεν restituendum.

879. τούτῳ in editione Brubachiana aliisque additum omittunt R. Aug. Junt. Scribendum potius τῷδε cum Bentleio.

881. Apud Euripidem 473. aliis verbis idem quærit Menelaus:

ἔστ' οὖν ἐν οἴκοις, ὅντιν' ὀνομάζεις, ἄναξ;

Et mox, postquam audiit Proteum fato functum esse, filiumque regni heredem reliquisse, de hoc rursus quærit:

ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκτὸς, ἢ 'ν δόμοις;

Hunc versum fecisse videtur comicus, ut Euripidem taxaret ob frequentem usum nominis ἐξώπιος. BRUNCK.

883. γ' ab Scaligero additum.

885. αἰαῖ] αἰαὶ libri.

886. σῆμα] μνῆμα dixit Euripides v. 474.

887. τ', ex R. Aug. additum, recte om. Junt.

889. δαὶ Bentleius. Libri δέ. Præstat fortasse altera Bentleii conjectura δή.

891. Helena apud Euripidem v. 62:

παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος
θηρᾷ γαμεῖν με.

Erat autem filius ille Protei Theoclymenus, ut ex illa constat, v. 9. BERG.

895. βάϋζε] βάϋζα R. Aug. Junt. Quo non utar ad conjecturam βάϋζ', ἄτιμον σῶμα β. ψ.

τοὐμὸν σῶμα] Id est με. Periphrasin Euripidi usitatam irridet. Alcest. 647. οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ. Conf. Heracl. 91. 529. BRUNCK.

897. αὕτη Θεονόη Πρωτέως] Protei filiam Theonoen memorat et Euripides Hel. v. 13. BERG.

898. εἰ μὴ R. Junt. εἰμὶ Aug. Vid. ad Eq. 186.

Κρίτυλλα] Libri Κριτύλλα.

900. Antigone in Eurip. Phœnissis Creonti ait v. 1687. ἢ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτέ; BRUNCK.

901. Μενέλεων Bentleius. Μενέλαον libri.

τὸν om. Aug.

904. Apud Euripidem Herc. Fur. 515. Megara præter spem maritum Herculem videns, Amphitryoni ait:

ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ', ἢ τί φῶ;

cui respondet senex:

οὐκ οἶδα, θυγάτερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.

In Helena autem Menelaus uxori suæ, quam nondum agnovit, ait, v. 556.

ὡς δέμας δείξασα σὸν,
ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προστιθεῖς [προστίθης]. BERG.

905. Hic versus ex Euripideo in Helena 565. paululum immutatus.

τίς εἶ; τίν' ὄψιν σὴν, γύναι, προσδέρκομαι;

Quatuor sequentes ex Euripidis dramate nulla mutatione desumti. BRUNCK.

906. αὗτὸς] αὐτὸς libri.

910. In Helena v. 572. legitur:

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Ultimam versus partem ridiculi causa mutavit comicus, servata quadam soni similitudine, τι φω, ιφυων, Euripidi natalium sordes, et matrem λαχανοπωλητρίαν identidem objiciens. In cod. Aug. [et R.] ut in vett. editt. legitur,

ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων.

Genuinam lectionem, apud Suidam latentem in ἰφύη, sagaciter detexit, et ingeniose adseruit Piersonus ad Mœrin p. 7. qui omnino adeundus:

ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.

Oleris agrestis species est ἴφυον, cujus meminit iterum comicus in Phœn. fragm. 1. [fragm. 473.] quo ex loco de syllabarum quantitate constat. In sup. versu recte apud tragicum legitur εἶδον, non, ut in comici editt. ἴδον. BRUNCK. Apud Suidam legitur ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων. ἰφύων scholiasta quoque legit. Recte Piersonus, nisi quod Atticam formam Μενέλεῳ Suida duce præferre debebat.

911. 912. Euripidis versus 573. 574.

912. ἐς χέρας] ἐς χάρας (ἐσχάρας Aug.) libri. Correctum ex Euripide.

914. περίβαλε Bothius. Libri περίβαλλε.

917. τῇ λαμπάδι] De scriptura diversa dixi in annotatione ad scholia.

922. *αἰγυπτιάζειν* hic est vox anceps. Tam enim significare potest *de Ægypto quædam garrire, vel loqui*; quam *Ægyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari.* Eo enim nomine gens illa olim male audiebat: unde proverbium [apud Æschylum]

δεινοὶ πλέκειν τὰς [τοι] μηχανὰς Αἰγύπτιοι. KUST.

926. *οὐδέποτέ σ'* Elmsleius ad Acharn. 127. Libri *σ' οὐδέποτ'*.

ἐμπνέω] *ἐνπνέω* R.

927. *προλίπωσ'* Scaliger. Libri *προλείπωσ'*.

928. *αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν*] *Funis quidem iste piscium attraxit nihil.* Proverbium translatum a piscatoribus qui sæpe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Vesp. 175. *ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γ'* — Perquam inepte versus hic mulieri tribuitur. Versum 924. secum loquens effatur Euripides. Ejus verba excipit Mnesilochus solus: *Abibis tu quidem; at ego quid faciam infelix?* Eum gener bono animo esse jubet, pollicitus se ei non defuturum, quamdiu suppetent doli, quorum struendi callidissimus est artifex. Sermonem hunc mulier non exaudit, quæ postquam procedentem in scenam Prytanin conspexit, ad eum se converterat. Mnesilochus vero, ut par est, Euripidi respondet: *Istud quidem bene promittis; at vide ut doctiorem comminiscaris dolum: namque hic funiculus, quem modo demisisti, nihil eduxit.* Hæc mulier dicere non potest, quæ personatum Menelaum, quicum collocuta est, ignorat qui sit, nec liquido perspexit istius hominis consilium. Probabile est in codice, quem habuit B. Junta, perinde ac in August. interloquendi vices personarum nominibus distinctas non fuisse, sed lineola: unde factum, ut magno cum actionis scenicæ detrimento, et contra decorum, mulieri adscriptus fuerit hic versus, quem plane liquet in Mnesilochi partes transscribendum esse. BRUNCK. Recte hunc versum Mnesilocho tribuit Brunckius.

929. *ἔλεγ'* Aug. *ἔλεγεν* R. Junt.

939. *χαρίσωμαι* Porsonus. Libri *χαρίσομαι*.

941. *μὴ 'ν* R. *μὴν* Aug. *μὴ* Junt.

942. *κόραξιν* pertinet ad *γέλωτα παρέξω*. In *ἑστιῶν* subin-

telligitur αὐτούς. REISK. τοῖς κόραξιν cum ἑστιῶν construxit scholiasta.

944. παριοῦσι Brunckius. Libri παροῦσι.

945. ἰατταταιὰξ] Vid. ad Eq. 1.

946. ἔστιν] Scribendum ἔστ' cum Bentleio.

947. παίσωμεν scholiasta. πέσωμεν libri.

948. ἀνέχειν ὄργια significat orgia vel sacra celebrare: quod scholiasta [exscriptus ab Suida in ἀνέχομαι] per voces αὔξειν et ἐπαίρειν indicare voluit. KUST.

949. Παύσων σέβεται] Non ex religione quadam jejunio celebrat Thesmophoria; sed quia non habet, quod comedat. Vide ad Plutum v. 602. Mulieres autem vi religionis jejunabant. Vide infra v. 993. et supra ad v. 86. Similiter in Avibus v. 1518. de diis fame laborantibus: ἀλλ' ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν. BERG.

951. ξυνεπευχόμενος R. Aug. ξυνευχόμενος Junt.

952. μέλειν] μέλλειν R. Aug. Junt. Correctum in editione Veneta a. 1538.

954. κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον, χειρὶ σύναπτε χεῖρα] Describitur hic chorea, quæ fiebat in orbem et consertis manibus. KUST. Æsch. Eum. 307. ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἅψωμεν.

955.—958. Metra in libris sic descripta χειρὶ — | ὕπαγε — | ἐπισκοπεῖν — | κυκλοῦσαν — κατάστασιν. Mihi non integra servata videntur verba poetæ. Prima verba χειρὶ σύναπτε χεῖρα et postrema καρπαλίμοιν ποδοῖν si metro trochaico sint aptanda, χερὶ — χέρα — καρπάλιμα corrigebat Dobræus, parum probabiliter.

961. χορομανεῖ] χαρομανεῖ R. Aug.

966. χρὴ] Fortasse χρῆν.

967. αὖ τι καινὸν] αὐτί Aug. Junt. et, ut opinor, R. Recte αὐτίκα Reiskius, qui ὥσπερ ἔργων αὐτίκα καινῶν conjecit. ὥσπερ ἔργον dictum ut ὥσπερ εἰκὸς v. 974. et οἷάπερ νόμος v. 983.

968. εὐφυᾶ Brunckius. Libri εὐφυῆ.

εὐφυῆ στῆσαι βάσιν] Id est rhythmice et in numerum terram pedibus pulsare: quod οἱ χορεύοντες facere solent. KUST.

969. τὸν εὐλύραν] Euripides Alcest. 571. εὐλύρας Ἀπόλλων. Supra v. 315. χρυσολύρας dicitur. KUST. ἐλύραν R. Aug. Junt.

973. Nescio unde δὲ in editionem meam venerit. Recte libri τε.

Ἥραν τε τὴν τελείαν] Pollux 3, 38. Ἥρα τελεία ἢ ζυγία, ubi vide commentatores. BERG. Scholiasta, Ἥρα τελεία καὶ Ζεὺς τέλειος ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων.

975. χοροῖσιν ἐμπαίζει] Id est, choreis interest. Sic παίσωμεν dictum v. 947. KUST.

982. Hesychius, διπλῆ: ὀρχήσεως εἶδος. ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK.

χάριν Bisetus. Libri χαίρειν.

984. νηστεύομεν Bentleius. Libri νηστεύωμεν.

985. εἶ' ἐπ' ἄλλ'] εἶαπαλλ' R. εἰ ἀπ' ἀλλ' Aug.

986. τόρευε] Scribendum τόρνευε cum Bentleio. τόρευε scholiasta et Suidas in τορεύει, qui interpretantur τορῶς καὶ τρανῶς λέγε τὴν ᾠδήν.

987. ὧδ'] Scribendum ὅδ' cum Hermanno.

988. σὺ κισσοφόρε Βάκχειε | δέσποτ'] Probabiliter Hermannus corrigit σὺ κισσοφόρ' ὦναξ | Βάκχει'.

989. φιλοχόροισι Bentleius. Libri φιλοχόροισιν.

992. τερπόμενος] τερπόμενον vel τερπόμενε Bentleius.

992. 994. 998. Indicavi lacunas.

993. 994. 995. σοὶ] σύ R. Aug. Junt.

995. κτυπεῖται] Formæ passivæ exempla Dobræus indicat ex Philostr. p. 201. κτυπεῖταί τις ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ ἄκμων. p. 358. κτυπεῖσθαι δοκοῦντος τὰ ὦτα ὑπὸ ἐννοίας ἱππέων.

996. Κιθαιρώνιος] κιθαρώνιος R. Junt. et haud dubie Aug. Virgilius Æn. 4, 302. ab Reisigio comparatus,

— audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Postrema hujus carminis parte 990. — 1000. non improbabile est stropham et antistrophum contineri, quas Hermannus sic restituere conabatur

στροφή.

εὐοῖ, ὦ Διόνυσε
Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ,
χοροῖς τερπόμενος, κατ' ὄρεα Νυμ-
φᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,
ὦ Εὔι' Εὔι' εὐοῖ
ὦ Εὔι' ἀναχορεύων.

ἀντίστροφος.

ἀμφὶ δέ σοὶ κτυπεῖται
Κιθαιρώνιος Ἠχὼ,
μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ
νάπαι πετρώδεις βρέμονται·
κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς
εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.

" V. 990. vulgatum Εὔιον ne ad sensum quidem recte se habere " videtur, siquidem ἀναχορεύων de Baccho, non de choro di- " cendum fuit. Vereor autem ne et in stropha et in antistro- " pha vox exciderit, quæ ad usitatas choriambicorum formas " requiritur, in stropha παννυχίοις, in antistropha μεγάλως ante " βρέμονται." HERMANN. V. 997. μελάνφυλλα R.

1001. Lictor Scytha barbare loquitur, quod neminem fugit: neque id monere necesse erat. Sed aliud quid erat, quod animadvertere debebant editores, Scythæ sermonem, licet barbarum, numeris tamen conclusum esse, utpote qui pars sit comœdiæ metro ligatæ. Barbarismi sunt personæ, at versus poetæ sunt, iique omnes ad metricas leges exacti esse debent. Nec aliter se apud nos res habet: si quando comicus poeta aut rusticum, aut peregrinum in scenam inducit, mixobarbarum ei sermonem tribuit, numeros tamen et ὁμοιοτελεύτου leges observat. Uno verbo in comœdia metro ligata personæ omnes versu loquuntur. At nimium quantum in Scythæ hujus partibus indulserunt sibi librarii et editores, cujus sermonem diligenter ad numeros revocabo. Et primo quidem in vulgatis libris mendose circumfertur hic versus:

ἐνταῦθα νῦν οἰμώζει πρὸς τὴν αἰτρίαν.

Vides spondeum in quarta sede. Cod. Aug. [R.] et vett. editt. οἰμώξει. Lege οἰμῶξι. Adumbratum hoc ex Æschylo, apud quem Robur postquam Prometheum scopulo adfixit, ei dicit v. 82. ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε. Præterea e Scythæ sermone aspiratio abesse debet: ut αἰτρίαν, sic ἐνταῦτα scribendum erat. Hoc semel observasse satis erit. BRUNCK.

πρὸς τὴν αἰτρίαν] Plut. v. 1130. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. BERG.

1002. μή μ' ἱκέτευε σύ. Male vulgo μή μ' ἱκετεύσῃ σύ. BRUNCK. Probabilior emendatio erat μή μ' ἱκετεῦσι σύ. Sic sup. v. οἰμῶξι. v. 1108. λαλῆσι. 1127. ἀποκεκόψι. 1176. ἀνεγείρι.

1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in istis Scythæ barbarismis observare licet. BRUNCK. in Addendis. Recte Brunckius ἱκετεῦσι, quod pro ἱκέτευσον dictum.

1004. ἐπικρούσεις] Scribendum ἐπικρούεις ex Aug.

1005. μᾶλλο Bentleius. Libri μᾶλλον. Post βοῦλις ponatur signum interrogandi.

ἀτταταῖ] ἀτταταὶ libri.

ἰατταταῖ] Libri τατταταί. Correxit Bentleius. Conf. v. 223.

1006. κακόδαιμον] Vulgo κακοδαίμων.

1007. πέρ' ἐγὼ ξυνίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι] Sic est in cod. Aug. Sed emendanda erat scriptura, πέρ' ἐγὼ 'ξενίγνι — id est φέρ' ἐγὼ ἐξενέγκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε. Pessime vulgo ξεινίγκι et πυλάξῃ, ita ut nec secundam, nec sextam sedem pes teneat legitimus. In ligno jam vinctus erat Mnesilochus, quod statim factum fuit, postquam Prytanis v. 930. lictorem jussit eum vincire. Scythæ nihil aliud e mandatis exsequendum supererat, nisi ut vinctum eum observaret, impediretque ne quis ad eum accederet: ne stando defatigetur, stoream petit, in qua recumbat. BRUNCK. περεγὼ ξειιγκι R.

1010. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

1011. Περσεὺς ἐκδραμών] Quia parum processit dolus ille Euripidis, quo se Menelaum fingens eripere ex mulierum manibus conabatur Mnesilochum tanquam Helenam; nunc tanquam Perseus, si forte Mnesilochum possit liberare patibulo affixum, ut Perseus Andromedam scopulo alligatam. Scripserat autem de Andromeda etiam, ut de Helena, tragœdiam Euripides. Sed prius tanquam Echo apparebit. BERG. Andromedam ejusdem cum Helena tetralogiæ tragœdiam fuisse annotavit scholiasta.

1013. ἔτ' addidit Porsonus.

1014. σώσων] σῶσον R.

παρέπτατο] Nam et Perseus volabat, equo alato invectus Pegaso. BERG.

1015. Scholiasta, παρὰ τὰ ἐξ 'Ανδρομέδας Εὐριπίδου "φίλαι "παρθένοι, φίλαι μοι." τὰ δὲ ἐπιφερόμενα πρὸς τὸ αὐτὸ χρήσιμον.

1016. ἐπέλθοιμι Brunckius. Libri ἀπέλθοιμι.

1017. λάθοιμι Brunckius. Libri λάβοιμι.

1018. κλύοις ex conjectura Biseti positum in editionibus re-

centioribus. *κλύεις* R. Aug. Junt. Quod defendi potest addito signo interrogandi.

1019. *πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν* Seidlerus. *προσαιδοῦσσαι* (*προσαιδούσσαι*) *τὰς* R. Aug. Junt. *προσαυδῶσα τὰς* Brunckius, *τὰς ἐν ἄντροις* nymphas intelligens. Scholiasta, *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν Ἠχὼ Ἀνδρομέδα λέγει* " *προσαιδουσσαι τὰς ἐν ἄντροις* " *ἀπόπασον* (*ἀπόπαυσον* Seidlerus) *ἔασον Ἀχοῖ με σὺν φίλαις* " *γόου πόθου λαβεῖν.*" *διὰ τὸ λαμβάνειν ἀποσπάσματα ἀσύνδετον τὸ ὅλον γίνεται.*

1022. Scholiasta, *παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδᾳ* " *ἄνοικτος* " *ὃς τεκών σε τὴν πολυπονωτάτην βροτῶν μεθῆκεν Ἅιδᾳ πατρὸς* " *ὑπερθανεῖν.* In hoc cantico Mnesilochus modo ex sua modo " ex Andromedæ persona loquitur, ex animi perturbatione, " quod facetissimum est." BRUNCK.

1024. 1025. *μόλις* et *σαπράν* transponit Reisigius Conject. p. 303. quo hi versus exæquentur præcedentibus duobus.

1024. *γραῖαν*] Vid. v. 852. — 935.

1027. — 1030. Versus in libris sic divisi *ὅδε* — | *πάλαι* — | *ἄφιλον* — | *δεῖπνον* — | *οὐδ'* —.

1026. *πάλαι φύλαξ*] Legebatur *φύλαξ πάλαι. πάλαι* fortasse in *πάλιν* mutandum.

1028. *ἐκρέμασεν*] Libri *ἐκρέμασε.*

1029. *οὐ χοροῖσιν οὐδ' ὑφ' ἡλίκων νεανίδων*] Scholiasta, *πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. τὸ δὲ ἐπιφερόμενον σκώπτοντός ἐστι τοὺς Ἀθηναίους ὡς φιλοδίκους.* Probabilior metri forma fortasse sic restituenda, *ὁρᾷς ἔμ'; οὐ χοροῖσιν οὐδ'* | *ὑφ' ἡλίκων νεανίδων* | *κημὸν ἕστηκ' ἔχουσ'*, vel *ἕστηκ' ἔχουσα κημόν. ψῆφον* R. Aug. Junt. quod in *ψήφων* mutatum in aliis.

1032. *κήτει βορὰ*] Euripides in Andromeda apud schol. Av. 347. *κήτει φορβάν.* BERG. Ad hæc verba referenda annotatio scholiastæ *καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας. ἐνπεπλεγμένη* R. Junt.

1033. *Γλαυκέτῃ*] *Γλαυκέτης*, famosus helluo, cujus meminit iterum comicus Pace 1008. Hujus nomine tanquam aptissimo epitheto ad exprimendam monstri marini voracitatem utitur. BRUNCK.

1034. *ξὺν*] *ξὺμ* libri.

1039. *ἀπὸ δὲ συγγόνων, ἀλλ' ἀν'* (*ἀλλὰν* Aug.) | *ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομέναν*] Ante hæc verba lacunam indicavit Brunckius. Mihi post *συγγόνων* potius aliquid excidisse, reliqua autem in

tres dochmios redigenda videntur, *ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄλλ' ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομέναν.* *ἀλλ' ἀν'* ex *ἄλλα* corruptum esse Scaliger vidit. Diversam scripturam *φῶτ' ἀντομένα* memorat scholiasta, *ἀπὸ κοινοῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας.* et alius, *δεομένη τοῦ βαρβάρου. προεῖπε δὲ "γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες." γρ. καὶ φῶτα* (scr. *φῶτ'*) *ἀντομένα. καὶ τοῦτο ἔχει νοῦν πρὸς τὰ ἑξῆς, φῶτ' ἀντομέναν* (scr. *ἀντομέναν*), *ὃς ἔμ' ἀπεξύρησε πρῶτον.* Hoc qui legerunt, proximo versu *φλέγουσα* quoque ponere debuerunt. Apparet ex his accusativos qui probarunt grammatici, hæc verba cum *γοᾶσθε* construxisse, nominativos vero repetito *πέπονθα* explicuisse.

1041. *φλέγουσαν* Musgravius ad Eurip. Orest. 1402. Libri *φεύγουσαν.*

1042. Delendum *ἓ ἕ* ex R. additum, in quo scriptum *ἑέ.*

1047. *ἄτεγκτε*] *ἀνέτικτε* R. Aug. Junt. Correctum in aliis.

1048. *ἐμὸν οὐκ* recte delere videtur Bothius. *ἐπόψεται* a correctore habet R.

1051. *τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν*] Sententiæ absurditatem ut corrigeret Bisetus *καὶ τὸν* — conjecit. Mihi quamvis audacior, tamen longe probabilior Brunckii videtur correctio *τὸν δύσμορον.* Scholiasta, *διχῶς, τὸν ἄθλιον.* Quæ grammatici, ut opinor, conjectura est minus quam Brunckii probabilis.

1054. Nonnulla hic excidisse metri sententiæque vitia ostendunt. *δαιμονῶν* ex Brunckii editione remansit, qui præterea *αἰόλᾳ νέκυσιν ἐπὶ πορείᾳ* scripsit, hac verborum structura, *ὡς ἐκρεμάσθην ἐπὶ πορείᾳ αἰόλᾳ νεκύων, δαιμονῶν ἄχη λαιμότμητα.* Revocandum *δαιμόνων,* quod scholiasta quoque legit, qui hæc utcunque explicans *λείπει ἔσχον,* inquit, *ἐκ τῶν δαιμόνων τὰ ἄχη ἔσχον. αἰόλαν* idem explicat per *σκοτεινήν.* Initium versus si fuit dochmiacum, *λαιμότμητ'* in *λαιμοτόμητ'* erit mutandum.

1059. *ἐπικοκκάστρια*] *εἰωθυῖα γελᾶν, γελάστρια* interpretatur scholiasta. Apud Suidam, qui loci hujus mentionem facit in v. *ἠχῶ,* optimus liber Parisinus *ἐπικοκκάστρια ἢ ἐπικαγχάστρια* præbet, Leidensis *ἐπικαχάστρια,* duo alii *ἐπικουκούστρια.* Quum grammatici *περικοκκάζειν,* de quo dixi ad Equit. 697, per *περιγελᾶν* interpretentur, facile intellectu est, veram esse scripturam, ab Eustathio quoque agnitam p. 1761, 26, *ἐπικοκκάστρια,* quam interpres aliquis apud Suidam per *ἐπικαχάστρια* explicuit.

1060. *ἧπερ πέρυσιν*] Ex hoc loco clare colligi potest, Euripidem proximo ante Thesmophoriazusas Aristophanis anno Andromedam docuisse. Introduxerat enim Euripides in fabula illa personam Ἠχοῦς, quam Aristophanes, illius ridendi gratia, hic imitatur. KUST.

1062. *τοσαῦτα*] Scribendum *τὸ σαυτῆς* cum R, in quo librarii culpa *τοσαύτης* legitur. Vitium etiam a Bentleio animadversum.

1063. *ἐλεινῶς*] Libri *ἐλεεινῶς*.

1064. *λόγων*] *γόων* Bentleius.

1065. Scholiasta, *τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή.* Verba *ὦ νὺξ — διφρεύουσα* ex Andromeda affert scholiasta Theocr. 2, 166.

1068. *ἱρᾶς*] Scribebatur *ἱερᾶς*.

1070. Scholiasta, *καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου.*

1072. *θανάτου τλήμων*] Scholiasta, *λείπει μέλλουσα τυχεῖν.*

1080. Libri bis *τί τὸ κακόν. τὸ* delevit Bentleius.

1083. *λαλῖς*] Libri *λαλεῖς*. Correxi ex scholiasta, *χωρὶς τοῦ ε γράφεται· ὁ γὰρ Σκύθης βαρβαρίζει.* In R. Aug. bis *τί* pro *σί*.

1086. *πωτετοπωνή*] Id est *πόθεν ἡ φωνή.* Poterat divisim scribi *πῶτε τὸ πωνή. πότε τὸ πωνή* editio Brubachii.

1087. Hic quoque *λαλῖς* pro *λαλεῖς* restitui.

κλαύσει bis Brunckius. Libri *κλαύσαιμι. κλαύσεμι* Bentleius.

1089. *κακκάσκῃ* in recentioribus editionibus positum. Revocandum *κακκάσκι* ex R. Aug. Junt. Interpretes pro *καγχάζεις* (*καχάζεις*) dictum acceperunt. Scholiasta per *καταγελᾷς μου* explicat.

1093. Hoc et seq. v. quæ post Scytham repetere debuit Euripides verba, male omittunt libri. BRUNCK.

1094. *οὐκ αἱρήσεις*] Corrigendum *οὐ καιρήσεις* ex R. et scholiasta, id est *οὐ χαιρήσεις* (*χαιρήσει*).

1096. *τὴ μιαρά*] Scribebatur *τῇ μιαρᾷ*.

1098. Scholiasta, *εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα, καὶ λοιπὸν ἐπέζευξε τὰ ἑξῆς.*

1101. *ναυστολῶν*] *ναυτολῶν* R. Aug. Junt.

1102. 1103. a m. rec. habet R, om. Aug.

Γοργόνος] Libri *τῇ Γοργόνος. τῇ* delevit Bentleius. Scholi-

asta, τί λέγει περὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Γόργου τοῦ γραμματέως, ἐπεὶ προεῖπεν ἐκεῖνος "Γοργόνος κάρα κομίζων". ὁ δὲ Γόργος γραμματεὺς, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος. Ex quo intelligitur sic hæc olim fuisse descripta, ΤΟ. τί λέγι τῆ Γοργῶ πέρι | τὸ γραμματέο σὺ τῆ κεπαλῆ; ΕΥΡ. τὴν Γοργόνος | ἔγωγέ φημί.

1105. Euripidis verba attulit scholiasta, ἔα, τίν' ὄχθον τόνδ' ὁρῶ περίρρυτον | ἀφρῷ θαλάσσης, παρθένου τ' εἰκώ τινα;

1106. ναῦν ὅπως] Eurip. Herc. f. 1097. δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος. BERG.

1108. οὐκὶ μὴ λαλῆσι σύ Brunckius. Libri οὐκὶ μὶ λαλῆς σύ.

1109. τόλμας R. Vulgo τολμᾷς, quod scholiasta cum sequentibus conjunxit, ἀποθανουμένη τολμᾷς λαλῆσαι.

1114. τὸ πόστη· μή τι Brunckius. τὸ σκυτομῆτι R. et Junt. τὸ σηντομῆτι Aug.

μικτὸν] μικκὸν Bentleius.

1115. δεῦρο Bentleius. δεῦρο δεῦρο libri.

1118. σι R. Aug. τι Junt.

1119. τὸ πρωκτὸ] τῶ πρωκτῶ R. Aug. Junt. Scholiasta, εἰ μὴ τὸν νῶτον ἦν πρὸς τῇ σανίδι, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἐτέτραπτο, οὐκ ἄν σοι ἐφθόνησα ἀπαγαγόντι περανεῖν.

1123. τῇ] τη Aug. Scribendum τὴ hic et v. seq.

1124. ἐξόπιστο πρώκτισον] ἐξοπισθοπρώκτισον R. Aug. Junt.

1125. δεσμὰ Bisetus. δέσμας R. δέμας Aug. Junt.

1127. ἀποκεκόψι] ἀποκεκόψο R. Aug.

1129. ἐνδέξαιτο Kusterus. Libri δέξαιτο.

1130. Suis verbis loquitur Euripides. Sic enim ille in Medea 301.

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,
δόξεις ἀχρεῖος, κοὐ σοφὸς πεφυκέναι.

Megara apud eundem in Herc. Fur. 298.

φεύγειν σκαιὸν ἄνδρ' ἐχθρὸν χρεὼν,
σοφοῖσι δ' εἴκειν, καὶ τεθραμμένοις καλῶς·
ῥᾷον γὰρ αἰδοῦς, ὑποβαλὼν φίλ', ἂν τύχοις. BRUNCK.

1133. ἐπιτήκιζε. Perperam vulgo contra metri legem ἐπιτηκίζει. Verbum πιθηκίζω occurrit Vesp. 1290. ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα. BRUNCK.

1135. μάστιγαν barbare pro μάστιγα, quod habent impressi cum absono hiatu. In cod. Aug. μαστιγάν. BRUNCK. μαστίγαν R.

1139. *κούρην* Hermannus. *κόρην* libri.

1150. *δὴ ἀνδράσιν*] Scribendum *δἀνδράσιν*. *δῆτ' ἀνδράσιν* Brunckius.

1156. *πολυποτνία*] Libri divisim *πολὺ ποτνία*. Correxit Hermannus.

1159. *ἤλθετον*] Scribendum *ἠλθέτην* cum Elmsleio ad Acharn. 733. et versui præcedenti addendum.

1160. Postquam Euripides non potuit liberare Mnesilochum per dolos, nunc venit ad concilium mulierum, pacem eis offerens si Mnesilochum dimittant. Euripides autem antea, quasi bellum gereret cum sexu muliebri, ita eum assidue insectabatur in tragœdiis. BERG.

1162. *μηδαμὰ*] *μηδαμᾶ* Aug. Vid. ad Soph. Trach. 323. *οὐδαμά* Aristoph. fragm. 662.

1164. *ἐπεσφέρεις*] *ἐπεισφέρεις* libri.

1167. *ἀκούσητ'* Elmsleius ad Acharn. 295. Libri *ἀκούσαιτ'*.

1171. *πεῖθε* Bisetus. *πεῖσαι* libri.

1172. *Ἐλάφιον*] Meretricula et saltatrix, quam adduxit secum Euripides ad decipiendum Scytham, ut ex ejus custodia abducere possit Mnesilochum. Introducitur autem hic Euripides tanquam vetula et lena, ut in sequentibus patet. BERG.

1175. *Τερηδὼν*] Scribendum *Τερηδὸν* ex duobus codicibus Suidæ in *Τερηδών*.

Περσικὸν] Genus saltationis, de quo vid. schol. et Polluc. 4, 100.

1176. *τί τὸ βόμβο*] Pro *τίς ὁ βόμβος; κῶμον τίς ἀνεγείρει μοι;* Per bombum autem intelligit sonum tibiæ; unde *βομβαύλιοι* in Acharn. v. 866. *κῶμος* autem est *comessatio*. BERG.

1178. *ἔρχεθ'*] *ἔρχετ'* R. Aug. Junt.

1179. *ὀρκῆσι*] Pro *ὀρκησάσθω καὶ μελετησάτω· οὐδὲν κωλύσω ἐγώ*. BERG.

1182. *τοῖσι* Bentleius. *τοῖς* libri: recte, si scribatur *τοῖς γόνασι τοῖς τοῦ Σκύθου*.

1185. *στέριπο* R. Aug. *τεριπὸ* Junt.

γογγύλη] *γογγύλη* pro *γογγυλίς* contra Atticorum consuetudinem Scytha dicit. V. Lobeck. ad Phryn. p. 103.

1186. *ἔτι* cum verbis *αὔλει σὺ θᾶττον* conjungi maluit Dobræus.

1187. Delenda Euripidis persona, quam recte om. R. Om-

nia hæc *καλό — πόστιον* Scythæ verba sunt. *κλαύσετ' — μένῃ* ex Brunckii conjectura positum. Libri *κλαυσεῖ — μένῃς*, recte, nisi quod *κλαῦσί γ'* scribendum cum Bentleio. Post *μένῃς* parepigraphe est in libris *ἀνακύπτει καὶ παρακύπτει ἀπεψωλημένος*.

ἦν] Libri *ἄν*.

1188. *πόστιον*] *ποστίον* R. Aug. Junt.

1190. *οὐκὶ πιλήσει* Brunckius. *τί οὐκ ἐπιλήσει* R. Aug. Junt. Scripsi *πιλῆσι. οὐχὶ φιλήσειν* ponit scholiasta.

1191. Tria *ὅ* ex R. et, qui accentu caret, Aug. addita.

1194. *ναὶ ναὶ* Brunckius. *ναὶ* libri.

γρᾴδιο] Vulgo *γρᾴδιον*. Fortasse infra quoque v. 1210. *τυγάτριο* potius scribendum.

1195. *κάρισο σὺ* Brunckius. *κάρισο σοῦ* R. Aug. *κάρισος* Junt.

1196. *δῶ σοι*] *δῶσοι* Junt. *δῶσι* R. Aug. *δῶσο* Porsonus.

1197. *ἔκ' ὠδέν*] Id est *ἔχω οὐδέν*.

συβίνην Brunckius collato v. 1215. *συμβήνην* R. Aug. Junt. *συβήνην* scholiasta, Photius p. 546, 2. et Suidas in *συβήνη*. Scholiasta, *τὴν τοξοθήκην· συβήνη αὐλοθήκη. λέγουσι δὲ καὶ τὸν φαρετρεῶνα συβήνην*. Articulum *τὸ* recte omittunt Photius et Suidas. Ceterum usitata apud alios scriptura vocabuli *σιβύνη* est, de qua dixi in Thesauro Stephani s. v. *ζιβύνη*.

1198. *κομίζεις αὖθις* Brunckius. *κομίζεις αὐτοῖς* libri. Scribendum *κομιεῖς αὐτός* cum Bentleio.

ἀκολούτει] *ἀκολούτι* R. Aug. Junt.

1199. *τῇ*] Scribendum *τὴ* cum Aug. Junt.

γέροντο γρᾴδιο] *γεροντογράδιο* Aug. Junt. et fortasse R.

1201. Vera videtur Reiskii conjectura *μέμνησο τοίνυν τοὔνομ'* scribentis et hæc verba Euripidi tribuentis.

'Αρταμουξία] *ἀρτομουξία* Aug. Junt.

1203. *παιδάριον τουτὶ*] Scribendum *παιδάριον, ταυτὶ —*. ut legisse videtur scholiasta, qui interpretatur *τὴν τοξοθήκην καὶ τὰ ὄργανα τῆς ὀρχηστρίδος*.

1205. Prava interpunctione laborat hic versus. Distinguendum fuit post *τάχιστα*, quod cum *ὅταν* cohæret:

σὺ δ' ὅπως ἀνδρικῶς,
ὅταν λυθῇς τάχιστα, φεύξει, καὶ τενεῖς
ὡς τὴν γυν—

Valckenarius ad Theocr. sel. Idyll. 1, 112. pro καὶ τενεῖς suadet κἄτενὲς, quod vulgato non deterius est. Hesych. ἀτενὲς, ἰθὺ, συνεχές. Antiquum tamen retineo. Ordo est: σὺ δὲ φρόντιζε, ὅπως, ὅταν τάχιστα λυθῇς, φεύξει ἀνδρικῶς, καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυν— BRUNCK. Græca ut distinguenda sint, in notis declaravi: Latine autem illa sic reddi debuerunt: *Tu autem vide, ut, quum extemplo solutus fueris, strenue fugias, cursuque contendas ad liberos et uxorem domum.* BRUNCK. in Addendis.

1207. λέλυσο] λέλυσαι Bentleius.

1210. τυγάτριον] Vid. ad v. 1194.

1211. δύσκολ'] δύσκολλ' R. Aug. Junt.

1213. γραῦ Brunckius. γρᾶιο R. γρᾴο Aug. γρᾷο Junt. Scribendum γρᾶ' cum Bentleio. Conf. v. 1222.

1214. διέβαλέ μ' ὦ γραῦς] Recte cod. Aug. διέβαλε. Vulgo [et R.] διέβαλλε. Suidas: διέβαλεν, ἐξηπάτησεν — Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· διέβαλέ μ' ἡ γραῦς, ἀντὶ τοῦ ἐξηπάτησεν. Eodem significatu occurrit hoc verbum forma media Av. 1648.

διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος, ὦ πόνηρε σύ.

Cod. Aug. vero et Juntina habent ὁ γραῦς, mendose: oportuit ad metri legem ὦ, ut est in Venetis. BRUNCK. ὁ etiam R. Scripsi ὠ.

ἀπότρεκ' ὡς τάκιστα (τάχιστα R. Aug. Junt.) σύ] Scholiasta, ἑαυτῷ παρακελεύεται.

1215. συβίνη — καταβινῆσι Brunckius. συβήνη — καταβηνῆσι libri.

1216. Aliquid ex hoc versu excidit. ποῖ ποτε ποῖ (poterat etiam μοι) τὸ γρᾴδιο Bothius.

1218. 1221. Sunt duarum feminarum contrarias vias indicantium. DOBRÆUS.

1220. τῇ] Scribe τή.

1222. γρᾶο Brunckius. Libri γραῦ.

1224. διώξει Elmsleius. Legebatur διώξεις.

1226. Alterum τρέχε νῦν addidit Brunckius.

1227. πέπαισται Bisetus. πέπυσται R. Aug. Junt.

1228. δῆτ' ἐστὶ Bothius. δή 'στι libri.

1231. ἀνταποδοῖτον editio Brubachii. Libri ἀνταδοῖτον. ἀνταποδοίτην Porsonus. ἀντιδιδοίτην Brunckius.

LYSISTRATA.

EDITAM hanc fabulam esse archonte Callia, qui olympiadis nonagesimæ secundæ anni primi eponymus fuit, tribus constat testimoniis grammaticorum, scriptoris argumenti Græci, *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.* et scholiastæ ad v. 173. *Καλλίου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ εἰσήχθη τὸ δρᾶμα.* ejusdemque ad v. 1096. *ἐπὶ Σικελίας ἔμελλον πλεῖν πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τούτου τοῦ δράματος.* quam expeditionem susceptam esse olymp. 91, 2. archonte Callia ex Thucydide compertum habemus 6, 30. Actam autem comœdiam esse Lenæis, id est mense Gamelione, non Dionysiis urbanis, mense Elaphebolione celebratis, recte statuere videtur Suevernius in commentatione de Nubibus p. 44. Qui etsi quædam minus recte dixit, illud tamen vere animadvertit v. 490.—492. *ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες, | ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων· οἱ δ' οὖν τοῦδ' οὕνεκα δρώντων | ὅ τι βούλονται· τὸ γὰρ ἀργύριον τοῦτ' οὐκέτι μὴ καθέλωσιν,* eo esse tempore scriptos, quo labefactatus quidem, sed nondum sublatus status popularis esset, quod duobus mensibus post, reverso Athenas Pisandro, accidit. De quo vid. Thucydides 8, 63. — 65. Primas fabulæ partes egit Callistratus.

1. *ἐς* C. et Voss. Vulgo *εἰς*.

εἰς Βακχεῖον] Ad Bacchi sacra celebranda. Habebatur autem Bacchus deus *κατωφερὴς* et libidinosus: unde facete apud comicum in Ranis dicitur nihil aliud scire, nisi *πίνειν καὶ βινεῖν.* Hoc inde est, quia a vino homines proclives sunt ad libidinem. Hinc etiam Euripides de Laio, proli procreandæ operam daturo, dicit in Phœnissis v. 21. *ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἴς τε Βακχεῖον πεσὼν, ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα.* BERG.

2. ἡ 's] Vid. ad Acharn. 242.

Πανὸς] Pan etiam est libidinosus, ut et Satyri similes dii omnes. De Pane vide infra v. 910. BERG.

Κωλιάδα — Γενετυλλίδος] In Nub. 52. quum describit mulierculam lascivam, dicit eam *ὄζειν Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.* Dicitur autem Κωλιὰς Venus a loco Atticæ, ubi ei templum, ut aiunt grammatici Græci. Γενετυλλὶς autem vel Venus est ipsa, ut vult scholiastes ad Nubes l. c. *Γενετυλλὶς, ἡ τῆς γενέσεως ἔφορος Ἀφροδίτη·* vel dea Veneri affinis, ut scholiastes ad hunc in Lysistrata locum: *καὶ ἡ Γενετυλλὶς δὲ γυναικεία θεὸς περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὠνομασμένη.* BERG.

4. *ἐνταυθὶ* Elmsleius. Scribebatur *ἐνταυθοῖ.* Vid. ad Nub. 814.

8. *τοξοποιεῖν*] Hesychius, *τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς: συστρέφειν αὐτάς.* Imitatur Alciphro 3, 19.

9. *ἡμῶν*] *ὑμῶν* Δ. Voss.

10. *ἀνδράσιν*] *ἀνδράσι* B. Aug. et, qui *ν ἐφελκυστικὸν* sæpissime omittit, R.

16. *τοι* B.C.Δ. Voss. *τε* R. Junt.

20. *ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν*] Scribendum cum Porsono, *ἀλλ' ἦν γὰρ ἕτερα.*

ἦν] *ἦν γε* B.Δ.

προὐργιαίτερα] *προὐργιαιτατα* C. Voss.

22. *συγκαλεῖς*] *ξυγκαλεῖς* B. Voss.

23. *μῶν καὶ παχύ*] Quod dixit Lysistrata *μέγα,* accipit Calonice de virili membro. BRUNCK.

24. *καὶ νὴ*] *νὴ* Voss. *νὴ τὸν* B.Δ. Non est probabile poetam *καὶ νὴ Δία παχύ. κᾆτα πῶς οὐχ ἥκομεν* scripsisse, quum numeris multo melioribus posset, *καὶ νὴ Δὶ παχύ. κἄπειτα πῶς οὐχ ἥκομεν;* Hoc igitur restituendum videtur. *κἄπειτα πῶς* dixit Av. 963. Ran. 786. et fragm. 124. De accusativi autem forma *Δί* diximus ad Equit. 319.

27. *πολλαῖσί τ'*] *πολλαῖσιν* B.C. Voss. *πολλαῖς τ'* Suidas in *ἐρριπτασμένον.*

31. *γὰρ*] *γ' ἄρ'* Voss.

εἴχετο] Vulgo *οἴχετο.* Sed codices tres mei [et R.Δ. Voss.] in alia, eaque meliore consentiunt lectione; non *οἴχετο,* sed *εἴχετο* exhibentes, quod omnino reponi debuit. Vereor enim ut e Græcis nostris, salva linguæ indole, erui possit sententia in

versione expressa: *parum abest quin nulla sit.* Hoc sensu Græce non dicitur *ἐπ' ὀλίγου,* sed absolute *ὀλίγου* suppresso verbo *δεῖν*. Vid. Thesm. 935. Vesp. 829. Acharn. 348. 381. quorum locorum in nullo scribere poteris *ἐπ' ὀλίγου* pro *ὀλίγου*. Jam vero *ἔχεσθαι* sæpissime nihil aliud valet quam *εἶναι*: et *εἶναι* vel *ἔχεσθαι ἐπ' ὀλίγου* eadem ratione dicitur et non valde dissimili sensu, quam *εἶναι, στῆναι, βῆναι ἐπὶ ξυροῦ*. Gallice: *Il tenoit donc à bien peu de chose.* BRUNCK. Ejusdem corruptelæ exemplum est glossa Hesychii, *εἴχεται: οἴχεται.*

33. *μήτε* B.C.Δ. et Voss. in textu. *μηδὲ* vulgo: quod in schol. habet Voss. Respondet *τε* v. 35.

Πελοποννησίους] *πελοπονησίους* R. et sic iterum v. 75.

36. *γ'* additum ex B.C.Δ. Voss.

ἄφελε τὰς ἐγχέλεις] Nam ex Bœotia afferebantur Athenas anguillæ præstantes. Vid. Pac. 1004. BERG.

37. *οὐκ ἐπιγλωττήσομαι*] *Ominabor.* Apud Æschylum in Prometheo 927. quum Prometheus dixisset, magnum quoddam malum imminere, chorus eum reprehendens dicit: *σὺ θὴν ἃ χρῄζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός*; ubi scholia: *τῇ γλώττῃ κατηγορεῖς, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διὸς, ἃ βούλει γενέσθαι αὐτῷ.* Apud eundem Æschylum in Choeph. 1045. *μηδ' ἐπιγλωσσῶ.* ubi Stanleius citat Hesychium, *ἐπιγλωσσῶ: ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.* BERG.

38. *ἄλλ' ὑπονόησον σύ μοι*] Id est *ἄλλο*. Sic Pl. 361. *σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιοῦτο. Hæc in melius accipe.* In codicibus quidem scriptum, ut vulgo, *ἀλλ'* pro *ἀλλὰ*, et in C. superscripta glossa e scholiis, *ὅτι ἀπολοῦνται δηλονότι*. Sed falsus est hic sensus. Nihil enim *suspicari* vel *conjicere* poterat Calonice, quæ de Lysistratæ consilio nondum quicquam compererat. BRUNCK.

42. *ἐργασαίατο*] *ἐργασαίμεθα* Clemens Alex. Pædag. 3. p. 254.

43. *ἐξηνθισμέναι*] *ἐξανθισμέναι* ex Clem. Alex. recte restituit Bentleius, collata glossa Hesychii, *ξανθίζεσθαι: κοσμεῖσθαι τὰς τρίχας, ἢ βάπτεσθαι αὐτάς.* et fragm. Menandri apud Clementem, *νῦν δ' ἕρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γὰρ | τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν,* de quo vid. Meinek. p. 235.

44. *κροκωτὰ φοροῦσαι*] *κροκωτοφοροῦσαι* B.C.Δ. Voss. fortasse ex v. 219.

45. In B.C.[Δ. Voss.] *καὶ κιμμερικορθοστάδια,* sine vocum

distinctione: in Aug. [R. et ed. Juntina] *καὶ κιμβερινκορθοστάδια.* Scilicet hæsitans librarius, nesciensque utram e duabus præferret scripturis, ambas repræsentavit simul conjunctas. *κιμβερινὸν* pro *κιμβερικὸν* male legitur apud Suidam. BRUNCK. *κιμβερικὸν* Hesychius vol. 2. p. 261. ubi vid. Alberti. Photius p. 165, 22. *Κιμμερικόν: εἶδος χιτωνίσκου. Ἀριστοφάνης.* Infra v. 52. *κιμμερικὸν* Δ. et Voss.

περιβαρίδες calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillæ, teste Polluce 7, 92. quod paulo supra [87.] confirmat his Cephisodori versibus:

σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Quod tamen nihil aliud ostendit, quam *περιβαρίδας* calceos fuisse minus pretiosos, quibus etiam ingenuæ uti poterant. BRUNCK.

46. *ἃ σώσειν προσδοκῶ*] Contrarium in Thesmoph. 86. *τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι κἀπολεῖν με προσδοκῶ.* BERG.

47. *χαἰ*] *καὶ* R.

48. Perperam hic versus vulgo [et in R.] versui 45. subjicitur, sede perquam aliena, quod et Kusterus animadvertit, addens eum in duobus codicibus a se inspectis positum esse eo loco in quem eum reposuimus. Cum illis Kusteri codicibus consentiunt B.C. [Δ. et Suidas in *ἐξηνθισμέναι*], ubi idem, quem exhibemus, versuum ordo. Est autem hic et Concion. 929. *χ' ἤγχουσα* pro *καὶ ἡ ἄγχουσα.* Hesychius: *ἄγχουσα, ῥίζα, ᾗ φυκοῦνται τὰ γύναια.* Etymol. *ἔγχουσα, εἶδος βοτάνης, ἡ καὶ διὰ τοῦ α λέγεται ἄγχουσα. Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ε.* Sed fallitur prava codicum deceptus scriptura, quæ Thomæ etiam fraudi fuit, cujus adeundus interpres. Apud comicum, quo nemo *Ἀττικώτερος,* scriptum hoc nomen per *α* in Thesm. sec. [fr. 309.] Gallis herba ista *Orcanette* vocatur. BRUNCK.

52. *μήτ' ἀσπίδα* et v. seq. *μήτε ξιφίδιον* dant B.C. [Δ. Voss.], melius quam, ut vulgo, *μηδ'* et *μηδέ.* BRUNCK.

56. *ὄψει τοι*] Sic B.C. [Δ. Voss.] Vulgo [et R.] *ὄψει γε.* Iidem et Aug. habent *ὦ μελέ' ὄψει.* Recte in codd. scriptum *ὦ μέλ'* Concion. 245. quod notandum. Licet enim a *μέλεος* femininum sit *μελέα,* ut Vesp. 312. tamen vocativo *ὦ μέλε* compellantur tam feminæ quam viri. BRUNCK.

60. ἐπὶ τῶν κελήτων] Jocus est ex ambiguo. κέλης significat parvum navigium, qualia conscendisse oportebat Salaminias mulieres, quæ Athenas deferendæ erant: tum notat equum desultorium, et inde, ut ait noster, Ἀφροδίτης τρόπον, quo sibi morigerari noluisse meretricem facete queritur servus in Vespis v. 500. Hujus schematis meminit Horatius Serm. 2, 7, 49.

Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ,
Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.

At illud graphice describit Apuleius loco quem emendatum protulit elegantissimus Ruhnkenius ad Julium Rufinianum p. 260. *Inscenso grabatulo, super me coxim residens, ac crebra subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiavit.* BRUNCK.

61. ἐγὼν R. et Junt. ἐγὼ libri reliqui.

62. — 131. om. B.C.Δ. Voss.

63. Θεογένους] Scribebatur Θεαγένους, de quo dixi ad Pac. 928. Veram scripturam hic servavit scholiasta libri Ravennatis, ὁ δὲ Θεογένης κοππάτης Ἀχαρνεύς.

64. θοὐκάτειον] Legebatur τἀκάτιον. Correctum ex Suida, Θεαγένης: ὄνομα κύριον. καὶ παροιμία, Θεαγένους Ἑκάτειον. οὗτος δειλὸς ἦν· εἶχε δὲ Ἑκάτης ἄγαλμα, οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών. Similiter idem in Ἑκάτειον. Conf. Lobeck. Aglaoph. p. 1337.

66. αἶδ' αὖθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες] Aliena ab sermone vulgari est αὖτε particula, quam non defendi posse Vesp. versu 1015. recte animadvertit Dobræus, cui scribendum videbatur, ΛΥ. αἱδὶ δ' ἕτεραι χωροῦσί τινες. ΚΑ. ἰοὺ ἰού, πόθεν —. correctione minus probabili. Mihi, si verba illa αἶδ' αὖθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες scripta sint ab Aristophane, de quo dubitari potest, sic potius corrigenda videntur χαὐθάτεραι χωροῦσί τινες. i. e. καὶ αὗται ἕτεραι. Simili crasi χρῆσθἀτέρῳ pro χρῆσθαι ἑτέρῳ dictum Pac. 253. Infra v. 736. αὖθ' ἡτέρα in libris scriptum pro αὕτη 'τέρα.

68. ἀνάγυρος] Anagyrus est pagus Atticus et herba quædam fœtida: unde proverbium κινεῖς ἀνάγυρον, de quo vide Erasmum. BERG. Alludit ad notum proverbium, de quo consulendi parœmiographi et Meursius de Pop. Att. in Ἀνάγυρος. BRUNCK.

70. Μυρρίνη] μυρρινηι R.

74. οὕνεκα] Male vulgo εἵνεκα, qua forma nusquam usi sunt Attici poetæ. Vide infra ad v. 491. 501. Ran. 189. Pl. 329. ne plures locos indicem, ubi ad codicum fidem reposita fuit forma genuina Attica. BRUNCK.

79. γλυκυτάτη Bisetus. Libri ὦ γλυκυτάτη.

81. μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὼ σιώ] Legebatur μάλα γὰρ οἰῶ ναὶ σιώ. Articulum, qui in hac formula non magis quam in Attica νὴ τὼ θεὼ omitti potest, addidit Berglerus. γὰρ in γ' esse mutandum vidit Reisigius in appendice ad Nubes p. 18.

82. γυμνάδδομαί γα — Vulgo γε. Alterum ex usu dialecti reponi debuit, ut infra 105. 107. et alibi. καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι. De hac Laconica saltatione sic Pollux 4. 102. καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς, καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. ὅθεν ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα· Χίλια πόκα βιβᾶντι· πλεῖστα δ' ἃ τῶν πήποκα. Sic Laconica scribenda esse existimo. BRUNCK. γυμνάδδομαί τε Eustathius p. 1570, 12.

83. τιτθίων Kusterus. Libri τῶν τιτθίων.

84. ᾇπερ] Vulgo ἅπερ. αἵπερ R.

85. ᾑτέρα] Scribendum ἁτέρα.

88. πεδίον] Scholia, λέγεται γὰρ ἡ Βοιωτία εὐπεδιὰς εἶναι. Sed intelligit hortum muliebrem, τὸ αἰδοῖον. BERG.

καὶ νὴ Δία] Hæc vulgo Lacænæ tribuuntur. Dicterium Atticæ mulieri magis convenire mihi videtur; ideo τὰν in τὴν mutavi. [Sic etiam Bentl.] Si quis ne quidem in personarum distinctione ab editionibus discedere vellet, majori mutatione sic oporteret Lampitonem loqui:

καὶ, ναὶ σιὼ,
κομψότατα τὰν γλαχώ γα παρατετιλμένα.

Notum est Laconas, aliosque Dorice loquentes, *pulegium*, quod Atticis βλήχων appellatur, γλάχωνα nominare. Vide Acharn. 861. 869. 874. Ceterum in Aug. personarum nomina adscripta non sunt: interlocutorum mutatio transversa tantum lineola indicata. BRUNCK.

89. παρατετιλμένη] Solebant id facere. Vide infra v. 151. et Ran. 513. BERG.

90. ᾑτέρα] Scribendum ἁτέρα.

χαΐα R. Vulgo χαΐα μέν.

91. Κορινθία δ' αὖ] Quasi dicas, est quidem bella, sed non casta: quia Corinthi meretrices plurimæ. BERG.

93. ξυναλίαζε] Scribendum ξυναλίαξε ex Aug. vel potius συναλίαξε cum Brunckio.

94. ἦδ' Brunckius. ἅδ' libri.

μύσιδδέ τοι Bentleius. Libri μυσιδδέτω. Hesychius, μουσίδδει: λαλεῖ, ὁμιλεῖ. ad quem vide Hemsterh. in Auctario, qui μύσιδδέ τω corrigebat, quod etiam Berglerus probaturus erat, si constaret τω pro τοι esse dictum.

97. πρὶν λέγειν δ' correctum in editione Brubachiana. πρὶν δὲ λέγειν Juntina. Particulam om. R.

100. εὖ γὰρ οἶδ'] In Aug. ante hæc verba transversa lineola minio primum adpicta fuit, indicium mutatæ personæ, quam, deprehenso errore, lituris postea librarius induxit. Versu autem seq. scriptum πάσαισιν ὑμῖν. Recte omnia. Sic locus hic constitui debet, deleta Myrrhinæ persona:

τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων,
ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντες; εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι
πάσαισιν ὑμῖν ἐστὶν ἀποδημῶν ἀνήρ.

Tum versus 102. 103. Calonicæ tribuendi, v. 104. Lysistratæ. Non aliter ista personis dividi posse inde manifestum est, quod ipsius dramatis series et œconomia non sinant versum 104. Myrrhinæ tribui, quæ maritum suum Cinesiam domi reliquerat, in scenam mox proditurum, eaque dicturum quæ ostendant eum peregre non abfuisse. BRUNCK.

106. πορπακισάμενος] Ex scholiis: ἀντὶ τοῦ ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα, ἅμα τῷ παρεῖναι ἄπεισιν. Est autem a πόρπαξ, quod manubrium clypei significat, ut in Equit. 844. et per synecdochen accipitur pro ipso clypeo, ibid. 1366. et in Pace 661. BERG.

φροῦδος ἀμπτάμενος] Euripides in Andromacha 1219. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα. BERG.

108. προὔδοσαν Μιλήσιοι] Vide Thucyd. 8, 17.

109. ὄλισβον] Cratinus: μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρήσονται. apud Suidam et Hesychium in μισητή. Notat autem scholiastes comici nostri ad Milesias mulieres respici tanquam olisbo utentes. BERG.

ὀκτωδάκτυλον] Non debebat Bentleius ὀκταδάκτυλον corrigere.

Vid. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 256. Lobeck. ad Phryn. p. 415.

110. σκυτίνη 'πικουρία] Scholia: Alludit ad proverbium συκίνη ἐπικουρία, i. e. *ficulneum auxilium*, quod de infirmis dicitur. Mutavit autem συκίνην in σκυτίνην, i. e. coriaceum, quia coriacei sunt olisbi. Sunt autem veretra coriacea, quibus utuntur viduæ mulieres. Sed apud Hesychium et σκυτίνη ἐπικουρία proverbium est. Vid. Erasmum in proverb. *coriaceum auxilium*. BERG.

113. ἐγὼ δέ γ' ἂν ex v. 115. illatum videtur. ἐγὼ μὲν ἂν Bentleius.

χρείη] χρὴ ἢ R. Junt. Correxit Kusterus. χρεῖ' ᾖ Suidas in ἔγκυκλον.

116. δοῦνἂν] Scribebatur δοῦναι ἄν.

παρταμοῦσα] παραταμοῦσα Brunckius. παρατεμοῦσα Elmsleius ad Soph. Œd. T. 1227. Consulto a poeta παρταμοῦσα positum videtur, ut splendidior evaderet oratio mulieris.

122. Hic et seq. v. quæ vulgo Calonicæ partes tribuuntur, eas in Myrrhinam transtuli, quæ prima patefactum Lysistratæ consilium rejecit v. 129. Facetum est eam omnium cupidissimam fuisse rei cognoscendæ. Eo etiam ducit personarum distinctio in Reg. codd. quæ infra observabitur. BRUNCK.

124. ἡμίν ἐστι] Sic partim ob metrum, partim ob euphoniam scribendum. Male vulgo ἡμῖν ἐστιν. BRUNCK. Scribendum ἐστιν ἡμῖν cum Bentleio. Vid. ad Av. 386.

129. ὁ πόλεμος ἑρπέτω] *Bella pergant protinus*, ut recte vertit Florens. Suidas ἐρρέτω legisse videtur, et si ad hunc locum respexit, pessime eum interpretatus est. BRUNCK.

133. ἄλλ', ἄλλ' — id est ἄλλο, ἄλλο — vividius quam ut vulgo ἀλλὰ ἄλλο. κἄν με χρῇ. Male vulgo χρή. Impersonalis hujus verbi indicativus est χρὴ, optativus χρείη, subjunctivus χρῇ. Suidas supra laudatus ad v. 113. χρὴ ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ. χρῇ δὲ περισπωμένως, τὸ ὑποτακτικὸν, σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. BRUNCK.

136. δαὶ B.C.R.Δ. Aug. Voss. Vulgo δέ. Proxima verba κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός, quæ Lampitoni vulgo tribuuntur, Atticæ esse mulieris dialectus ostendit. Quamobrem Myrrhinæ tribui cum Wakefieldo Silv. crit. 3. p. 49.

137. ὢ παγκατάπυγον] Vulgo divisim πᾶν κατάπυγον. Eadem

est compositionis ratio quam in *παγκατάρατος* v. 588. *παμβδελυρὸς* et *παμμυσαρὸς*, 969. *παγγλυκερὸς*, 970. *παμμίαρος*, Ran. 466. *παμπόνηρος*, 106. infinitisque hujus generis aliis. Idem etiam Reiskio placuisse video. BRUNCK.

139. *πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη*] Scholia: *εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει, ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφη.* In isto loco scripsi *ἐκθεῖσαν* pro *ἐκθείνει·* mallem præterea *σκάφην*. Sunt autem filii Tyronis sive Tyrus Neleus et Pelias, quos susceperat ex coitu Neptuni. Hinc Suidas in *οὐκ ἐτὸς* locum ita exponit: *οὐδὲν ἐσμὲν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν. nihil enim sumus, nisi tantum ad coeundum et pariendum aptæ.* BERG.

141. Vulgo [et in R.] profligato metro legitur:

μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι.

Aug. *τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτι.* Regii [et Voss.], *τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι.* Genuinam ex indole linguæ restituimus lectionem, *τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν.* BRUNCK.

143. *γυναῖκας ἔσθ' ὑπνῶν*] Sic recte Dawesius. Perperam vulgo transpositis vocibus, *γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ'* — Vide ad Plutum 166. In indice Thesauri H. Stephani legitur: *ψωλὴ affertur pro mentula, sed ἀμαρτύρως.* En tibi testem idoneum. Vide infra 979. et Av. 560. BRUNCK. *ὑπνῶν* producta syllaba prima fortasse ferri poterat in sermone Laconico.

144. *γα* Scaliger. *γε* libri.

μάλ' αὖ] Inutilis est *αὖ* particula. Scribendum *μάλ' εὖ*, quod legitur in editione Brunckii, quamvis ab ipso rejectum in annotatione.

146. Hic et infra sæpius, ubi Myrrhinæ partes tribuimus, quæ vulgo sunt Calonicæ, auctoritatem sequimur binorum Reg. codd. BRUNCK. Calonicæ personam hic et infra ponit R, Myrrhinæ Voss.

149. *καθήμεθ'* Bekkeri editio. Vulgo *καθήμεθ'*. Scribendum *καθοίμεθ'* cum Brunckio. Eadem corruptela Ran. 919.

150. *τοῖς ἀμοργίνοις*, e lino vel bysso, qui optimus in insula Amorgo, e Sporadibus uno, proveniebat. Inde *ἀμοργὸς* pro quolibet bysso vel lino. BRUNCK.

151. *παρατετιλμέναι*] Supra v. 89. De isto autem *delta* scholiastes: *τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον· τοιοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα.* BERG.

152. *ἄνδρες*] *ἄνδρες* libri hic et v. 157.

πλεκοῦν] σπεκλοῦν editio Zanetti. Verum videtur σπλεκοῦν. De quo verbo vide ad Plut. 1083.

155. ὁ γῶν Aug. ὅ γ' ὧν Junt.

τὰ μᾶλά πα] Sic B.C. In Aug. [et R.] ut in Juntina πο. Doricum est πα, quod e Theocrito satis notum. BRUNCK. πᾶ vel πᾷ Δ. et Voss. που Suidas in μῆλα. Revocavi πο. Sic ὀ πίττομαι pro οὐ πείθομαι a Bœotis dictum annotarunt Hesychius et Photius, σποδᾶς pro σπουδᾶς Lacæna infra v. 173. et quæ sunt alia ejusdem generis.

156. παρεσιδών] Sic Aug. et C. cum veteribus editionibus: recentiorum παρενιδὼν est in B. Respicit ad Euripidis Andromacham, ubi Peleus v. 628. sic Menelao exprobrat:

> οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών·
> ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,
> φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,
> ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ. BRUNCK.

παρενὶδὼν R. παρενιδὼν Voss. Restitui παρενιδὼν, quod Suidas quoque legit.

158. κύνα δέρειν δεδαρμένην] Quod eo sensu dixerat Pherecrates, quo postea ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων in proverbium abiit, id aliorsum trahit faceta mulier. Penem coriaceum intelligit, cujus mentio supra v. 109. quique inter instrumenta muliebris mundi recensetur in Thesmophor. secundis [fragm. 309.]. BRUNCK.

160. λαβόντες δ'] δὲ λαβόντες B.C.Δ. δ' om. Voss.

ἐς] εἰς Δ. Voss.

162. τύπτωσιν] τύπτωσι B.C.Δ. Voss.

Addidi τί. Conf. Eccles. v. 799. — 804. 862. 863.

κακῶς] κακὰ κῶς R. Hoc est κακά (superscr. κῶς). Hinc κακὰ κακῶς. Voss. et Vaticanus.

166. συμφέρῃ] ξυμφέρῃ B.C.

167. In tribus codicibus hic versus eidem personæ tributus ac sequentes: præfixum est ei in duobus Regiis nomen Λαμπ. Hanc distinctionem primo admiseram, scribendo χ' ἀμῖν συνδοκεῖ. Sed vulgatum postea prætuli, quia necesse videtur, ut una etiam ex Atticis mulieribus Lysistratæ consilium approbet. BRUNCK.

σφῷν ταῦτα, χἠμῖν] ταῦτα σφῷν, ταῦτα R. et Voss. Av. 1630. εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, κἀμοὶ ξυνδοκεῖ.

169. παντᾶ] Vulgo πάντας relatum ad ἄνδρας, satis inficete. Aug. et C.[R. Voss.] πάντα. πάντως B.[Δ.] e glossemate. E dialecti usu scribendum παντᾶ, quod apud Theocritum sæpius occurrit. BRUNCK.

170. ῥυάχετον] Regii [et Δ. Voss. et Suidas] ῥυχάχετον. Aug. ut vulgo ῥυγχάχετον. Scripturam Hesychio [et Photio p. 491, 24.] probatam recepi. ῥυάχετον, θόρυβον, ἢ τὸν ῥέοντα ὀχετόν: quam ad glossam vide interpretes. BRUNCK. ρυάγχετον R.

171. πᾶ καί τις ἂν πείσειεν αὖ μὴ πλαδδιῆν;] Sic duo Regii: nisi quod in altero πλαδδιῇν subscripto ι, quod in Doricis melius omittitur. Suidas in ῥυχάχετον [et πλαδδιεῖν] habet πλαδδιεῖν, unde genuinam lectionem, Dorica restituta forma, indicavit et illustravit Gisb. Koen, cujus erudita nota ad Corinthum p. 104. [229.] omnino legenda. Vulgo corruptissime μὴ πλαδδικῶ. πλαδδιῆν significat *nugari, delicias facere.* Infra 990. in imperativo μηδ' αὖ πλαδδίη. BRUNCK. πλαδδικῶ ortum ex compendio scripturæ male intellecto. Vide Bast. ad Gregor. l. c.

173. οὐχ ἇς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες] ἇς Doricum est pro ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ. Vide Hesychium. [ἇς: ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 188.] Sic sine accentu scriptum est in Aug. et in C. in hoc σποδᾶς γ' ἔχοντι: in Aug. οὐχ' ἁς σπουδὰς ἔχοντι. οὐχ ὡς σποδὰς ἔχοντι B. [et Δ. οὐχ' ας σπουδᾶς ἔχοντι R. οὐχὰς (sic) σποδᾶς γ' ἔχον τι Voss.] Viris doctissimis Koenio et Valckenario placuit etiam subjunctivus ἔχωντι, ideo reponendus, quia sequitur ᾗ in altero versu, ab eadem particula ἇς pendens. In ceteris interpretationem secutus sum Io. Toupii Cur. Nov. in Suidam p. 2. [vol. 3. p. 12.] ubi e Sophoclis Œdipo Tyr. 709. ostendit verbum ἔχειν bene cum genitivo σποδᾶς, Dorico pro σπουδῆς, construi.

καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.

Huic exemplo aliud addam ex eodem dramate v. 345. καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδὲν, ὡς ὀργῆς ἔχω. BRUNCK. ἁς, sine accentu, retinui codicum auctoritatem secutus.

174. παρὰ τᾷ σιῷ] In arce Minervæ. Erat autem gazophylacium in ὀπισθοδόμῳ templi Minervæ. Comicus in Pluto 1194. ἱδρυσόμεσθα — τὸν Πλοῦτον οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ. BERG.

180. παντᾶ Brunckius. Libri πάντα.

κ' ἔχοι] γ' ἔχοι B.Δ. γ' etiam Voss.

τᾷδε B. Vulgo τάδε.

Comma post λέγεις addidit Resigius in appendice ad Nubes p. 8.

181. τάχιστα] τάχιστ' ἂν Δ. τάχιστ' ὦ C. et Voss.

183. ὀμιώμεθα codices. ὀμώμεθα Junt.

184. Servi publici Athenis, magistratuum apparitores, τοξόται, quorum frequens in his fabulis mentio, peregrini erant et barbari, plerique e Scythia, ideo peculiari nomine Σκύθαι etiam vocati, ut infra videbitur. Facete nunc Lysistrata famulam compellat, tanquam publicam muliebris concilii ministram, Σκύθαιναν. Noli enim hoc cum Kustero pro nomine proprio accipere. Sic in Conc. habemus κηρύκαιναν. BRUNCK.

186. 189. 191. 193. ΚΑΛ.] μυ. Voss. et Brunckii editio.

188. ὥσπερ, φασὶν, Αἰσχύλος ποτέ] Id est, ὥσπερ ποτὲ ἐποίησεν Αἰσχύλος, ὥς φασιν. Hanc lectionem, distinctione tantum juvandam, in duobus codicibus reperit, et, si quid recte judico, corrupit Kusterus. Eam exhibet etiam C. Veterem editionum lectionem ὥσπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτὲ habet Aug. [et R.] Est quidem in B. quod ille volebat φησίν: sed e librarii emendatione putantis hoc verbum a sequenti nomine Αἰσχύλος pendere. Multo melius in ore mulieris, Æschylum dubitanter et ex aliorum sermone citantis, φασιν, per parenthesin insertum. Respicit autem ad Septem ad Thebas 42.

ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
ὡρκωμότησαν — BRUNCK.

Recipienda Brunckii lectio.

189. μηλοσφαγούσας] Sic duo Regii [et Δ.] In Aug. [R.] et in Juntina μηλοσφαγούσαις. BRUNCK.

192. τόμιον ἐντεμοίμεθα] Sic bene Regii [et R.V. Voss.]. ἔντομα, sicut et τόμια seu τομία (priori modo in codd. positus accentus) sunt τὰ ἱερὰ ἃ σφάζοντες ὀμνύουσιν: unde ἔντομοι, ἔνορκοι. Vide Hesychium in his vocibus. Perperam vulgo ἐκτεμοίμεθα. ἐντέμνεσθαι verbum est ad sacra pertinens, et hic valet *sacrificare*. Diversa significatio alterius compositi, quæ hujus loci non est. λευκὸν ἵππον opponit Æschyli *tauro*. Sed

nolit faceta mulier hoc de quadrupede intelligi: mentulam innuit, quam mox abjuratura est. Vide scholiastem.

195. *θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑπτίαν*] Parodia est Æschylei versus. *μέλαιναν μεγάλην κύλικα* pro *μελάνδετον σάκος*: et *ὑπτίαν*, quia sic clypei humi ponebantur: supra 185. *θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα*: et Acharn. 583. *παράθες νῦν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί*. BRUNCK.

196. *Θάσιον οἴνου σταμνίον*] Vid. Albertium ad Hesychium vol. 2. p. 1257.

197. *ἐς*] *εἰς* Δ.

198. *φεῦ δᾶ*] De hac formula dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 488.

ἐπαινιῶ] Scribendum *ἐπαινίω*.

199. Lysistratæ tribuit Voss. Continuabatur Lampitoni.

200. — 267. om. B.C.Δ. Voss. In C. vacuum spatium paginarum quattuor et dimidiæ.

200. — 204. omnes Lysistratæ tribuebantur. Correxit Reisigius Conject. p. 245.

200. Legebatur *γυναῖκες, κεραμεῶν* (sic Aug. et R: *κεραμέων* Junt.) *ὅσος*, omisso articulo. Solus verum vidit neglectus ab aliis Reiskius, cujus hæc est annotatio "*γυναῖκες, ὁ κεραμὼν*, "*urna, testa, seria, in genitivo κεραμῶνος, ut πιθὼν, πυλὼν*, "*μυλὼν, θυρὼν, πορνὼν etc.*" *κεραμὼν* ab librariis in *κεραμεὼν* corruptum est, quemadmodum duobus aliis in locis *πρηγορὼν* in *πρηγορεὼν* abiit, de quo dixi ad Avium v. 1113.

ὅσος] *ὄχλος*, Scaligeri conjecturam, codici Vossiano per errorem tribuit Kusterus.

202. *μοι* Brunckius, consentiente, ut videtur, R. *μου* Junt.

τοῦ κάπρου] Per *κάπρον verrem*, quod animal in sacris maxime mactabatur, quibus fœdera sancienda, ut discere est ab exemplis in Stephani Thesauro prolatis v. *τομίον*: urceum illum innuit vini Thasii, qui pro victima in scenam illatus. Juraturi autem prosecta tangebant, ut apud Æschylum:

καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου.

Ideo mulieres jubet Lysistrata manum urceo admovere. Ineptit scholiastes per *κάπρον* muliebre pudendum intelligi existimans. Satis facetus est jocus ex allusione perpetua ad sacrorum ritum, ut nihil quæratur obsceni. BRUNCK.

205. *κἀποπυτρίζει*] Sic etiam in Aug. [et R.] scriptum, sed

minus bene. Scribi debet per unicum τ, ut apud Etymologicum est. Vide Salmasium ad H. A. p. 150. A Græco πυτίζειν derivatum Latinum *pytisma,* prima etiam longa. Juven. 11, 173.

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem. BRUNCK.

209. λάζυσθε Aug. [et R.]. Vulgo λάζοισθε. BRUNCK.

212. 213. οὔτε — οὔτ' Bekkerus. Legebatur οὐδὲ — οὐδ'.

217. ἀταυρώτη] De forma feminina vid. Porson. ad Eurip. Med. 822. Attulit hunc locum Eustath. p. 259, 8. 1554, 29.

221. 222. ἀνὴρ] ἀνὴρ libri.

227. κακῶς παρέξω] Ovidius Am. 1, 4.

Verum invita dato, potes hoc, similisque coactæ;
Blanditiæ taceant, sitque maligna Venus.

Mulierum mobilitas concinniorem, ut ait Lucretius, Venerem facit viris. Hinc apud Plautum Asin. 4, 1. quum in syngrapho de meretrice in annum conducenda, caveret parasitus ne illi liceret noctu quicquam membri sui commovere, adolescens excipit his verbis:

optumum est;
Ita scilicet facturam: verum in cubiculo
Deme istuc: equidem illam moveri gestio. BRUNCK.

229. 230. ἀνατενῶ τὰ Περσικά. In Conc. 265. εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη. Mendosum est, ut reor, τὰ Περσικά. Aliis in locis ubi nomen hoc occurrit, forma feminina legitur: Thesm. 734. Conc. 319. Nub. 151. Pollux 7, 92. ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα, Περσικαί. Sic in MSS. scriptum. Repone itaque τὰς Περσικάς. BRUNCK. τὸν πέρσικα schol. Ven. Nub. 169. Aristophanes scripserat τὼ Περσικά.

231. οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος] Id est, οὐ τετραποδηδὸν στήσομαι, ut est in Pace 996. Est autem σχῆμα συνουσίας, quod nebulones nostri nomine e canino genere sumto indigetant. Adluditur ad morem summa cultellorum manubria leænæ figura ornandi submissis genibus subsidentis. De meretrice Λέαινα dicta ne cogitandum quidem. BRUNCK. Conf. Schweighæus. Animadv. in Athen. vol. 7. p. 119.

233. ταῦτ' ἐμπεδοῦσα] Euripides in Iphig. Taur. 790. τὸν δ' ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν. Ibid. 758. τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον. BERG.

235. 236. ἐμπλῆθ' ἡ Dawesius. Libri ἐμπλησθῇ.

237. ξυνεπόμνυθ' Bentleius. συνεπόμνυσθ' libri.

ΜΥΡΡ.] Sic R. Vulgo Calonicæ tribuitur.

238. γ'] τ' R.

240. ὠλολυγά] Libri ἀ ὀλολυγά.

οὐγὼ 'λεγον Kusterus. οὐκ ἐγὼ 'λεγον Junt. οὐκέγὦλεγον R.

244. κατάλιφ' Brunckius. κατάλειφ' R. et vulgo.

245. ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει] *Cum ceteris quæ sunt in arce.* Ad intelligentiam hujus fabulæ sciendum est, antiquitus πόλιν appellatam fuisse Athenarum arcem, qua de re videndus Meursius in Cecropia cap. 3. et Hemsterhusius ad Plutum p. 260. Sæpissime in hac fabula πόλις eo sensu accipi debet, ut v. 266. 302. 317. 487. 754. 758. 912. 1183. et aliis. BRUNCK.

247. ξυμβοηθήσειν] ξυνβοηθήσειν R.

249. οὔτ' — οὔτε Bekkerus. Legebatur οὐδ' — οὐδέ, ut v. 212. 213.

254. ΓΕΡΟΝΤΩΝ] ἀνδρῶν a pr. m. R. γερόντων a m. rec.

255. βάρος χλωρᾶς φέρων Bentleius. Libri φέρων βάρος χλωρᾶς.

ἐλάας Brunckius. ἐλαίας libri.

256. ἢ] δρα^κ (i. e. Δράκης) ἢ R.

ἔνεστιν Reisigius Conject. p. 249. Libri ἐστίν.

259. Στρυμόδωρ' Brunckius. Στρυμμόδωρ' vulgo. Vid. Acharn. 273. Vesp. 233.

261. 262. κατὰ μὲν ἄγνον ἔχειν βρέτας | κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν] His oppositi sunt versus antistrophici 277. ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί, | σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον. qui quum ipsi quoque sanissimi sint, memorabile hoc est sive inæqualium versuum responsionis exemplum sive syllabæ brevis pro longa in arsi trochaica positæ.

262. βρέτας] Minervæ.

263. κατὰ δ'] Legebatur κατά τ'. Ita in Pace v. 163. scriptum erat ἀπὸ μὲν — ἀπό θ' — : quod nunc ex libris est emendatum.

264. μοχλοῖς δὲ καὶ κλῄθροισιν] Versus corruptus. μοχλοῖσιν R. Si in antistropho v. 279. recte habet ἀπαράτιλτος, hunc versum verbis καὶ μοχλοῖσι terminatum fuisse conjicias: nisi malis κλῄθροισι καὶ * * * * vel μοχλοῖσι καὶ * * * *, deleto vel μοχλοῖσι vel κλῄθροισι. Nam κλεῖθρα per μοχλοὶ et μοχλοὶ per

κλεῖθρα explicant grammatici, velut Hesychius. Sed probabilius videtur vitii sedem in antistropho quærendam, in stropha autem scribendum esse κλήθροις δὲ καὶ μοχλοῖσι. Sic Eurip. Androm. 950. φυλάσσετε | κλήθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας.

266. ἀλλ'] στρυμμόδωρος ἀλλ' R.

273. ἐπεὶ οὐ pes est iambus, duabus ultimis syllabis in unam coalescentibus, ut fieri solet in η ου, ω ει, ω ου. Sophocles Œdip. Col. 1436.

θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον.

Infra 284. ἐγὼ οὐκ est etiam disyllabum et pes iambus. Sic rursus 876. 1171. Ran. 33. Eq. 340. Vesp. 416. Exemplorum pleni sunt tragici. BRUNCK.

Κλεομένης] Iste fuit rex Lacedæmoniorum et cum Isagora Atheniensi, senatus auctoritatem Athenis abrogare cupiente ac tyrannidem affectante, arcem occupavit, sed mox ab Atheniensibus est obsessus. Herodotus 5, 72.: ἀντισταθείσης δὲ τῆς βουλῆς καὶ οὐ βουλομένης πείθεσθαι, ὅ τε Κλεομένης καὶ ὁ Ἰσαγόρης καὶ οἱ στασιῶται αὐτοῦ καταλαμβάνουσι τὴν ἀκρόπολιν. Ἀθηναίων δὲ οἱ λοιποὶ τὰ αὐτὰ φρονήσαντες ἐπολιόρκεον αὐτοὺς ἡμέρας δύο· τῇ δὲ τρίτῃ ὑπόσπονδοι ἐξέρχονται ὅσοι ἔσαν αὐτέων Λακεδαιμόνιοι. Solet autem comicus choro senum tribuere etiam quæ antecesserunt ætatem hominum tunc viventium. BERG.

275. οὐκ ἀψάλακτος] οὐκ ἀκρότητος οὐδὲ ἀράπιστος interpretatur Photius p. 359, 5. cujus in codice οὐκ ἀποψάλακτος scriptum.

277. ᾤχετο θὤπλα] ᾤχετ' ὅπλα R. et Junt. ᾤχεθ' ὅπλα Aug. ᾤχετο θ' ὥπλα B.C.Δ. Voss. Hoc metro

´– ◡ ◡, ´– ◡ ◡ ◡, ´– ◡ –

utitur Euripides Hippol. 1121. ἄλλα γὰρ ἄλλοθεν ἀμείβεται. =1139. ῥᾴδια δ' ἤθεα τὸν αὔριον.

279. πινῶν] πεινῶν B.C. Aug. Voss.

281. οὕτως] οὕτω δ' R.

ὠμῶς Bentleius. Libri ὅμως.

282. ἀσπίδων] ἀσπίδες dicuntur ordines militum. BERG. Corrigendum ἀσπίδας ex lemmate scholiastæ, qui versum ex Babyloniis comparat, ἵστασθ' ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας.

καθεύδων] Præter exspectationem pro φρουρῶν aut simili. BERG.

283. Εὐριπίδῃ] Qui erat *μισογύνης*: de qua re in Thesmophoriazusis præcipue. BERG.

285. *ἐν τετραπόλει*] Scholia: *τὸ ἐν Μαραθῶνι τὸ κατὰ Περσῶν. ἡ γὰρ Μαραθὼν τῆς Τετραπόλεως μέρος. τὰ δὲ λοιπὰ Οἰνόη, Προβάλινθος, Τρικόρυθος.* BERG. Secunda in *τετραπόλει* contra analogiam hic producitur, quæ in *τετράμετρον, τετραπήχεις, τετράποδα, τετραποδηδὸν* apud nostrum corripitur. Scribendum *τετραπτόλει*, ut apud Euripidem Heracl. 81.

> *ὅδ'; ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν*
> *ξύνοικον ἤλθες λαόν.*

Ad quem locum videnda Musgravii nota. BRUNCK. *ἐνγέτεραπολει* R.: ut *ἔν γε τετραπόλει* conjici possit. Sed recte Brunckius *ἐν τετραπτόλει.*

291. *τὼ ξύλω*] Hic ut infra 307. et 313. *τὼ ξύλω* instrumentum est bajulorum, quo suspensa onera ferunt, quod alibi appellatur *τὸ ἀνάφορον.* BRUNCK.

ἐξιπώκατον] *ἐξεπιώκατον* (id est *ἐξειπώκατον*) libri et Suidas. *γρ. ἐξιπώκειτον* Voss. *γρ. ἐξιπώκατον* codicis Vossiani apographum Cantabrigiense.

293. *τῆς ὁδοῦ* om. Aug. et Junt.

299. *κἄστιν*] *κἄστι* Δ. Voss.

γε addidi ex Voss.

Λήμνιον τὸ πῦρ] Tria sunt, ad quæ respicit. Primo ad fornaces ignis et officinam Vulcani in Lemno; unde et Sophocli nominatur ignis Lemnius in Philoctete v. 797. aut 814. *τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ ἔμπρησον*: deinde ad proverbium *Λήμνια κακὰ*, de quo videri potest Stanleius ad Æschyli Choeph. 631.: tertio alludit ad vocem *λήμη*, ut patet, quum dicit: *οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ.* BERG.

301. *οὐδὲ γάρ ποθ'*] *οὐ γάρ ποθ'* B.C.Δ. Voss. Scribendum *οὐ γὰρ ἄν ποθ'* cum Brunckio.

ἤ πότ'] *εἴποτ'* libri. *ἥ ποτ'* Reiskius.

306. *ἕκατι*] B.C.Δ. Voss.

307. *οὔκουν*] *οὐκοῦν* libri.

εἰ — θείμεσθα Δ. Vatic. et Voss. *οὖν — θώμεσθα* R. Junt.

311. *ἐμπιπράναι*] *ἐμπιμπράναι* Brunckius. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 96.

311. *τοῦ ξύλου*] *τοῖν ξύλοιν* B.Δ. fortasse ex v. 291. et 307.

ἐν Σάμῳ] Vide schol.

315. *ἐστὶν ἔργον*] *ἔργον ἐστὶν* Δ. et Voss.

316. *λαμπάδ'*] *λαμπάθ'* R.Δ.

Vulgo legitur *ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις* labante metro. In B. [Δ.] *πρώτως ὤπως* [*ὅπως* Δ.] *ἐμοὶ προσοίσεις*. Eadem in C. vocum collocatio, sed perperam scriptum *πρῶτος*. Inde proclive fuit emendare, *ὅπως πρώτως ἐμοὶ προσοίσεις*. BRUNCK. *ὅπως πρῶτον* R. *ὅπως πρῶτος* Voss. *πρώτως* adverbio usum esse Aristophanem mihi non magis credibile videtur quam Lobeckio ad Phryn. p. 312. *πρόφρων* Reisigius Conject. p. 125.

319. Hic versus vulgo [et in R.] sequenti postponitur ordine præpostero: quem exhibemus agnoscunt duo Regii [et Voss.]. Sunt autem hi versus, et qui sequuntur usque ad 350. omnes choriambici mixti. BRUNCK.

321. *πέτου*] *ἡμι*[χ] *γυ*[ν], *πέτου* R.

327. *ὑδρίαν*] *οἰκίαν* R. Junt.: *ὑδρίαν* libri reliqui.

330. *δούλαισιν*] Libri *δούλησιν*. Post hunc versum excidit versus unus.

329. *μόγις*] Hæc forma hoc uno loco legitur apud Aristophanem. Corrigendum *μόλις* ex Δ. et Voss.

331. *στιγματίαις*] *μαστιγίαις* B.C.Δ. Voss.

338. Quod in initio hujus versus legebatur *ἐς πόλιν* delevit Bothius.

τριτάλαντον] *ἐς τριτάλαντον* Δ. Voss.

τὸ βάρος Bothius. Aberat *τό*.

345. *πολιοῦχε*] Suspectus est anapæstus in initio versus choriambici. Fortasse *πολίοχε* scribendum. Notum est Poliochi nomen. *πολιήοχος* legitur in Tabulis Heracl. p. 205. quemadmodum *γαιήοχος* et *γαιηοῦχος* dicitur. Bentleio scribendum videbatur *σὰς, πολιοῦχ', ἔσχον ἕδρας*.

346. *ξύμμαχον* B.C. Voss. *σύμμαχον* R. Junt.

350. ΧΟΡ. ΓΥΝ.] *Στρατυλλίς* libri.

ὦνδρες] *ἄνδρες* Δ.

πόνῳ πονηροί] *πονωπόνηροι* B. et Junt.

352. *ἰδεῖν* om. R. Junt: habent libri reliqui.

353. *θύρασιν* Aug. *θύραισιν* vulgo. *θυρᾶσιν* R.

356. *τοσαυτί*] *τοσαῦτα* R.

357. *περικατᾶξαι*] Vulgo *περικατάξαι*.

τύπτοντ' ἐχρῆν] *τύπτοντα χρῆν* B.C.Δ. Voss.

358. *χαμᾶζ'* om. R. Junt.

359. *τοῦτό μ'*] *τοῦτ'* Voss. *τοῦτο* Δ.

360. *Δι' ἤδη τὰς*] *δία τὰς* R. Junt.

361. *Βουπάλου*] Nomen hominis est Bupalus, quem Hipponax perstrinxit carmine, in quo ei verbera minatus est poeta. Eo respicit comicus. Breviter scholiastes totum locum exponit: *εἴ τις ἠπείλησεν τύπτειν αὐτὰς, καθάπερ Ἱππῶναξ τὸν Βούπαλον.* BERG. Prius *ἂν* om. Δ.

362. *στᾶσ'* B.Δ. *καὶ στᾶσ'* R. Junt.

363. *τῶν ὄρχεων λάβηται*] Nunquam alius canis poterit tibi prehendere ore testiculos: nam ego, ut canis, tibi prius eos evellam. BERG.

364. *σιωπήσει*] *σιωπήσεις* Δ.

θενῶν] *θένων* vulgo.

ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρας Florens Christianus. Libri *ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς σου.* Rectius fortasse Reisigius Conject. p. 245. *σου 'κοκκιῶ τὸ γῆρας.* Conf. v. 448.

365. ΧΟ. ΓΥΝ.] *στρ.* R. hic et posthac.

ἅπτου] *ἅψαι* B.C.Δ. Voss.

366. *κονδύλοις* B.C.Δ. Voss. *δακτύλοις* R. Aug. Junt.

367. *πλεύμονας* B.Δ. Voss. et Suidas in *βρύκουσα. πλέμονας* C. *πνεύμονας* R. Junt. et Suidas in *ἐξαμήσω.*

τἄντερ' ἐξαμήσω] Eurip. Cycl. 235. *τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ* comparat Bergierus.

368. *ἔστ'*] *ἔστιν* B.C.Δ. Voss.

Εὐριπίδου] Propterea sapientissimum dicit Euripidem, quia is est osor mulierum maximus. Cujus rei documenta plurima exstant in ejus tragœdiis. Scholiastes hic unum versum adducit, credo propter vocem *σοφώτερος,* qui est ex Medea v. 409. Licebit plenius adducere locum:

πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. BERG.

369. *ὡδὶ*] *οὕτω* B.C.Δ. Voss.

θρέμμ' ἀναιδές] Hæc verba forte ex Euripide sunt; ego ea etiam in Sophoclis Electra v. 624. aut 625. observavi, ubi ad ipsam Electram dicitur: *ὦ θρέμμ' ἀναιδές.* BERG.

ἀναιδές ἐστιν] Præstat *ἀναιδὲς ἔστιν* scribi cum Reisigio Conject. p. 118.

370. *θοὔδατος* Voss. *θ' οὔδατος* B.Δ. *ὕδατος* R. Junt.

371. ΧΟ. ΓΕΡ.] βλέπυρος Voss.

θεοῖς] θεοῖσιν R. Junt.

372. ΧΟ. ΓΥΝ.] στρυμοδώρα Voss.

δαὶ R. δὲ Voss. Junt. δὲ δὴ Δ.

τύμβ'] τύμβοι vocantur senes, quia morti sunt vicini et sepulturæ. Euripides in Medea 1209. τὸν γέροντα τύμβον. ubi scholia: τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου. Vide ibi notam Barnesii. BERG.

376. οἶδά σ' R. Voss. et scholiasta. Vulgo οἶδας.

σταθεύσω] σταθεύσων Voss.

377. γ' addidit Bentleius.

380. ἔθ'] ἔτ' Voss.

ἠλιάξει Buttmannus Grammat. vol. 1. p. 383. ἠλιάξεις vulgo. ἠλιάξεις Voss. (non ἠλιάζεις, quod ex apographo Cantabrigiensi affert Dobræus). ἠλιάζεις Δ.

381. σὸν ἔργον, ὦ 'χελῷε] Hæc dicens perfundit aqua senes. Ponitur enim Achelous fluvius pro aqua synecdochice, ut apud Euripidem in Bacchis v. 625. δμωσὶν 'Αχελῷον φέρειν ἐννέπων. Achæus tragicus apud Athenæum p. 427. μῶν 'Αχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς; BERG. V. Servium ad Virgilii Georg. 1. 9.

384. ἂν βλαστάνῃς Brunckius ad Pluti v. 453. Legebatur ἀναβλαστάνῃς.

386. σὺ χλιανεῖς] συγχλιανεῖς Voss.

387. ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ] Ex hac etiam Probuli persona concludimus hoc drama prodiisse post cladem Siculam. Nam Probulus magistratus fuit extraordinarius, qui in rebus dubiis reipublicæ creabatur: post infortunium vero Siculæ cladis id factum est Athenis, teste Thucydide 8, 1. καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσωσιν. Sic etiam Herodotus 7, 172. ait, imminente a Xerxe bello, Probulos fuisse congregatos in Isthmo, electos ex Græciæ civitatibus quæ melius affectæ erant. PALMER. Vid. Wessel. ad Herodot. 6, 7.

388. πυκνοὶ B. Δ. πυκινοὶ Junt. ποικινοὶ R.

Σαβάζιοι] Vid. ad Vesp. 9.

389. 'Αδωνιασμὸς] ἀδωνισμὸς R. Voss. Junt. Correctum in editione Caninii. Hesychius et Etym. M. 'Αδωνιασμός: ὁ ἐπὶ

τῷ Ἀδώνιδι θρῆνος. Theocriti carmen est Ἀδωνιάζουσαι et fuit Philippidis comici fabula. De utraque forma ἀδωνίζω et ἀδωνιάζω dixit Valckenar. ad carmen Theocriti p. 189.

390. τἠκκλησίᾳ] τῆι κλησίαι R, ut solet.

391. ὥρασι μὲν R. Aug. ὥρας ἴμεν Δ. Voss. ὥραισι μὲν vulgo. ὥρασι adverbium est ut θύρασι. Joannes Alexandrinus τονικ. παραγγ. p. 35, 32. τὸ ὥρασι, μὴ ὥρασιν ἵκοιο (vid. v. 1037.), προπαροξύνεται μὲν εὐλόγως παρὰ βαρυτόνου τοῦ ὥρα, οὐκ ἔχει δὲ προϋποκείμενον εἰς θεν. μὴ ὥρασι autem cum hiatu dicitur, quia unius instar est vocabuli μηώρασι.

ὁ μὴ ὥραισι] Puto respici ad illam formulam, qua exitium alicui imprecaturi dicebant: μὴ ὥραισιν ἵκοιτο. De qua Casaubonus Animadv. ad Athen. 2, 14. ad p. 55 c. Posset autem sic suppleri oratio, ὁ μὴ ὥραισιν ἱκέσθαι ὀφείλων, aut ἄξιος ὢν aut simili modo. BERG. De formula abominandi μὴ ὥρασι et μὴ ὥρασιν ἵκοιτο dixerunt interpretes Luciani vol. 1. p. 218. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 370. et in schol. N. T. vol. 1. p. 438. In contrariam partem Græci abeuntibus hodie apprecari solent ὥραις καλαῖς.

Δημόστρατος] Proposuerat Demostratus rogationem de bello Siculo die infausto, quo publice lugebatur Adonis, quod erat mali ominis. Plutarchus in Nicia c. 12. et 13. lucidam facem præfert ad hunc locum intelligendum. PALMER.

392. ἐς] εἰς libri.

393. αἰαῖ] Libri αἶ αἶ vel αἶ αἶ.

Ἄδωνιν] αἴδωνιν R.

394. Ζακυνθίων] Qui inter socios erant Atheniensium. ζακυνθίους Δ.

395. ὑποπεπωκυῖ'] ὑποπεπτωκυῖ' B.C.Δ. Voss. Junt. Correctum ex. R. Aug.

396. κόπτεσθ'] Notum in hac significatione verbum, etiam in sacris literis. Euripides in Troadibus v. 623. ἔκρυψα πέπλοις, κἀπεκοψάμην νεκρόν. BERG.

397. Schol. Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο· ὃν Χολοζύγην εἶπε, διὰ τὸ μελαγχολᾶν. καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει·

τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

καὶ ἄλλοι.

398. τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν] Sic duo Regii: mendose tamen C.

ἀπαντῶν, errore librarii, qui utique ob oculos habuit ἀπ' αὐτῶν. Vulgo τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν. BRUNCK. ἀπ' Δ. Voss. ὑπ' R. Conf. v. 406.

ἀκολαστάσματα Dobræus. Legebatur ἀκόλαστ' ᾄσματα. Bentleius ἀκολαστήματα. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 367, 20. ἀκόλαστος ὄχλος, Εὐριπίδης (Hecubæ v. 602.) ἔφη, ἀκόλαστον δὲ σῶμα Σοφοκλῆς (fragm. 817.). ἀκολαστάματα (ἀκολαστάσματα?) δὲ λέγουσι κατακορῶς οἱ Ἐπικούρειοι. πλὴν καὶ Ἀλεξανδρίδης (Ἀναξανδρίδης) κέχρηται τῇ λέξει καὶ Ἀριστοφάνης.

399. Vulgo personam huic versui præfigunt nuntii, qui nullus in hac fabula est. Ineptorum librariorum commentum est. In Aug. adscripta persona est ἄγγελος γερόντων: in C. [et Voss.] χορὸς γερόντων ἢ ἄγγελος. Vere B. exhibet nude χορὸς γερόντων. BRUNCK. ἀγγ^ε R.

403. ἁλυκὸν B.C.Δ. Vat. Voss. ἁλυκῷ R. Junt.

406. βλαστάνει βουλεύματα] Æschylus Sept. c. Th. 600. ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. PORSON.

407. ἐν τῶν δημιουργῶν] Nihil frequentius apud quosvis scriptores hac ellipsi nominis οἶκος, vel ναὸς, quando de diis agitur. Sic infra 622. εἰς Κλεισθένους. 1064. εἰς ἐμοῦ. Conc. 420. ἐς τῶν σκυλοδεψῶν. Ran. 69. et 118. εἰς ᾅδου. Plato initio libri I. de Republica: ᾖμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου. Ceterum tres mei codd. [et R.Δ.] habent ἐν τῶν, ut recte Kusterus e duobus aliis [Vat. Voss.] edidit. BRUNCK. ἐκ Junt.

408. ἐπεσκεύασας B.C.Δ. Voss. ἐσκεύασας R. Junt.

410. ἡ βάλανος] Est ambiguum: nam accipitur etiam pro obscena corporis parte. Sic ludit ambiguitate vocis hujus Machon apud Athenæum p. 577. ubi dicit Demetrium regem Lamiæ meretrici omnis generis unguenta dedisse olfacienda, quumque omnia fastidisset Lamia, eum manu sibi fricuisse veretri glandem, eamque sic Lamiæ naribus admovisse, dicentem: ἀπὸ βαλάνου τοῦτ' ἔστι, Λαμία, βασιλικῆς. Est enim et νάρδος βασίλειος, quæ fit ex myrobalano. BERG.

ἐκ τοῦ τρήματος] Perperam Regii [et Δ. Voss.] ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor istius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidisse? sed ineptum hoc est. Nemo non videt quo adludat comicus. In Conc. 623. προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. BRUNCK.

416. τῆς μου γυναικὸς τοὺς πόδας τὸ δακτυλίδιον] Duplex men-

dum. Primo τῆς μου γυναικὸς est solœcismus. Deinde si δακτυλίδιον media longa profers, *annulum* sonat, si brevi δακτυλῐδιον, *digitulum*. Lege igitur, — τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς Τοῦ τῆς γυναικός μου —. PORSON. apud Kidd. ad Dawes. Miscell. p. 384. Recte hæc corrigit Porsonus. τοὺς πόδας R. Junt. τοῦ ποδὸς B.C.Δ. Vat. Voss.

417. πιέζει] πιεζεῖ R.

ζυγὸν] Photius p. 55, 5. ζυγός: — καὶ ὁ περικείμενος ἱμὰς τοῖς δακτύλοις πλαγίοις ἐπὶ τῶν σανδαλίων.

420. ἐς] εἰς libri.

422. κωπῆς] Vid. ad Acharn. 552.

423. ἀποκέκλεισμαι] ἀποκέκλισμαι R. ἀποκέκλειμαι Voss. Scribendum ἀποκέκλῃμαι.

426. τί] ποῖ R. Junt.: τί libri reliqui.

δ' αὖ] δὲ B.C.Δ. Voss.

427. ἀλλ'] ἄλλ' Aug.

428. ὑποβαλόντες codices. ὑποβαλόν τε Junt.

429. ἐνθενδὶ δ' B. ἐνθένδε δ' C. et Voss. ἐνθένδε γ' R. ἐνθένδ' Junt. ἐντεῦθεν δ' vel ἐνθαδὶ δ' Bentleius.

430. ἐκμοχλεύετε Δ. Voss. et Brunckius tacite. ἐκμοχλεύσετε R. Junt.

435. χεῖρά μοι] χεῖρ' ἐμοὶ Δ.

437. ἔδεισας] ἔδησας Δ.

438. Lysistratæ opponuntur duo lictores, tertius Stratyllidi v. 442. Prodit deinde tertia mulier v. 443. (forsan legendum ΜΥΡΡΙΝΗ) cui assignatur quartus lictor v. 445. Tum prodeunte quarta muliere v. 447. (non Stratyllide) exclamat Probulus deficere lictores sibi. Quattuor autem esse Scythas liquet e καὶ v. 453. DOBRÆUS. Verissime hæc Dobræus. Itaque personarum descriptio sic est emendanda ut versui 439. πρώτη γυνὴ, 443. δευτέρα, 447. τρίτη præscribatur.

439. Πάνδροσον] Cecropis filiam.

443. Φωσφόρον] Dianam. Quam φωσφόρον θεάν vocat Euripides Iphig. T. 21. BERG.

444. κύαθον, *cucurbitulam*. Suidas ex integrioribus ad hunc locum scholiis: κύαθον αἰτήσεις τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γνάθοις. οὕτως τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκολλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι. Græci medici σικύας vocant, nos Galli, *ventouses*, caliculos illos, qui

cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam in Pace 541.

καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
ἁπαξάπασαι, καὶ κνάθοις προσκείμεναι. BRUNCK.

446. παύσω τιν᾽ ὑμῶν] Ita posuit vocem τὶς et in Nubibus 1494. κἀγώ τιν᾽ αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω. BERG.

447. Ταυροπόλου] Euripides in Iphig. Taur. 1457. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ τολοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν. BERG.

448. ἐκκοκκιῶ σου — τρίχας] In eadem re utitur verbo ἐκποκίζειν in Thesmoph. 574. ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας. Verbum ἐκκοκκίζειν supra v. 364. BERG.

στενοκωκύτους] ἐφ᾽ αἷς στενάζεις τιλλόμενος, schol. στενωκωκύτους R. Junt.

450. ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ᾽ ἔσθ᾽ ἡττητέα] Sophocles Antig. 678. κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.

453. τέτταρες] Sic Regii [et Δ. Voss.]. Vulgo [et R.] τέσσαρες. Hesychius: λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτταρες. Ad quem locum vide interpretes. Adludit comicus ad notissimas Lacedæmoniorum μόρας. Vide Meursium Att. Lect. 1, 16. BRUNCK. Quattuor cur dicat, expositum est ad v. 438.

455. ΠΡΟΒ.] $\overset{\pi\tau}{\upsilon\rho}$ R.

459. παιήσετ᾽] Futurum est verbi παίω Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125.

ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.

Sic Eq. 98. κατακλινήσομαι. Thesm. 653. οἰχήσεται. Vesp. 222. βαλλήσομεν. Pl. 21. τυπτήσεις: aliaque — . οὐχ ἕλξετ᾽ habent duo Regii, quod e Vossiano bene reposuit Kusterus. Aug. et Juntina [et R.] οὐκ ἐξέλκετ᾽. BRUNCK.

ἀρήξετε] Scribendum ἀράξετε cum Wakefieldo Silv. crit. 1. p. 135.

461. παύεσθ᾽ Aug. et Suidas in ὦ σπερμαγορ. παύσεσθ᾽ R. Vulgo παύσασθ᾽.

462. οἴμ᾽ ὡς κακῶς] οἴμοι κακῶς R.

465. νὴ] μὰ R, Aug. Junt.: νὴ libri reliqui.

466. πολλήν] πολλή B.C.Δ. Vat. Voss.

γ᾽ ἐάνπερ B.C.Δ. Vat. Voss. γ᾽ ἐὰν R. ἐάν γε vulgo.

467. τῆς addidit Kusterus.

468. *λόγον*] *λόγους* Vat.

472. *κυλοιδιᾶν*] *κοιλιδιᾶν* R. Vid. Ruhnken. ad Timæum p. 169.

478. *ἔτ' Δ.* Legebatur *ἐστ'*.

ἀνεκτέα Dobræus. Legebatur *ἀνεκτά*.

481. *Κραναὰν*] Ita vocat nunc arcem Athenarum. In Acharn. 75. de ipsa civitate, *ὦ Κραναὰ πόλις*. BERG.

484. *πείθου*] *πιθοῦ* R. Aug. Junt.

485. *τοιοῦτον*] *τοιοῦτο* R. Junt.

487. *ἡμῶν*] *ἡμῶν οὕτως* B.Δ.

τοῖσι μοχλοῖσιν editio Lugd. Bat. a. 1624. Libri *τοῖς* (*τοῖς* om. B.Δ. Voss.) *μοχλοῖς*.

488. *παρέχοιμεν*] *κατέχοιμεν* B.Δ.

489. *γε*] *τε* R. Aug. Junt.

490. *Πείσανδρος*] Vide annotationem ad initium fabulæ. De Pisandro dictum ad Av. 1556.

ταῖς ἀρχαῖς] *τὰς ἀρχὰς* B.C.Δ. Respicit ad *ξυνωμοσίας, αἵπερ ἐτύγχανον ἐν τῇ πόλει οὖσαι ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς*, de quibus Thucyd. 8, 54.

491. *κορκορυγὴν*] In Pace 992. *λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς*. BERG.

οὕνεκα B.C.Δ. Voss. *ἕνεκα* R. Aug. *εἵνεκα* Junt.

494. *δὲ* addidit Bentleius.

495. *οὐ καὶ τἄνδον*] In Ecclesiaz. 210. idem argumentum: *ταῖς γὰρ γυναιξί φημι χρῆναι τὴν πόλιν ἡμᾶς παραδοῦναι· καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα*. BERG.

499. Hunc versum om. Junt.: habent codices, sed R. a m. rec.

γε addidit Brunckius.

501. *σωστέον*] Sensu passivo dictum. Vid. ad Soph. Œd. T. 628.

οὕνεκα C. Aug. Vulgo *εἵνεκα*.

505. ΓΥΝΗ] Libri Lysistratæ tribuunt inepte, ut vel ex proximis verbis *σὺ δέ μοι λέγε* intelligitur. Correxit Bentleius. Loquitur una ex mulieribus chori, ut v. 515.

507. *ἠνεχόμεσθα*, forma præteriti aliunde non cognita, ex Florentis Christiani conjectura posita est. Libri *ἠνεσχόμεθα*, præter Voss. qui *ἠνειχόμεσθα*. Interpolatam hujus versus lectionem esse inepte dictum illud *πόλεμον καὶ τὸν χρόνον* documento est.

509. ἠρέσκετέ γ' B.C.Δ. Voss. ἠρέσκετ' R. Junt.

510. ἔνδον ἂν οὖσαι] ἂν om. C. Voss. ἔνδον ἐοῦσαι B.Δ.

512. γελάσασαι] Ficto risu. BERG.

513. τί βεβούλευται] Innuit, ut puto, subscriptionem, quæ auctore Alcibiade facta fuerat in columna, in qua fœdus inter Lacedæmonios et Athenienses inscriptum erat, qua de causa bellum inter eos recruduerat. Vide Thucyd. libr. 5. PALMER.

514. ἁνὴρ] ἀνὴρ libri.

515. ΓΥΝΗ] In B. præfixa Μυρρίνη et superscriptum γυνή. In C. μία γυνή. BRUNCK.

516. ἔγωγ' om. B.C.Δ. Aug. Voss. et, ut conjicio, Vat.

ἔνδον addunt codices: om. Junt.

517. δήπου additum ex B.Δ. Quæ particula, minus apta huic loco, a grammatico adjecta videtur explendæ lacunæ caussa. Fortasse scribendum κἄπειθ' ἕτερον — .

519. ἂν addidit Porsonus.

ἔφασκ', εἰ Porsonus. Legebatur ἔφασκε κεἰ. κεἰ, omisso ἔφασκε, C. Voss. εἰ, omisso ἔφασκε, B.Δ.

νήσω] νήσεις B.Δ.

520. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Facete hæc traducta ex Hectoris ab Andromacha discedentis oratione Iliad. 6. versus finem :

> ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
> ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
> ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

quæ παρῳδεῖ infra mulier : πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει. BRUNCK.

523. δὴ δ' Voss. δ' ἤδ' R. Junt. δῆθ' B.Δ.

524. ἔσθ' additum ex conjectura Brunckii, quæ me nolente in editionem meam irrepsit. Scribendum cum Dobræo οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ; μὰ Δί' οὐ δῆτ', εἶφ' ἕτερός τις. Scholiasta, ἀντὶ τοῦ, ἄλλος τις ἔφη, οὐ μὰ Δία οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει.

528. κἀντισιωπᾶν Kusterus. Libri κἀντισιωπᾶθ'.

ἐπανορθώσαιμεν] Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 96, 25. ἐπανορθωσαίμεθα videtur legisse: de quo dixi ad fragmenta p. 510.

535. τοῦτον Δ. Voss. τουτονὶ R. Junt.

536. *συζωσάμενος*] *ξυσωσάμενος* Voss. *ξυζωσάμενος* Δ. Recte autem Berglerus monuit ad proverbium respici, *τὸν σικυὸν τρώγουσα, γύναι, τὴν χλαῖναν ὕφαινε*, memoratum ab Athenæo 3. p. 73 d.

537. *κυάμους τρώγων*] Scholia: *δικάζων*. Sic in Equit. 41. populus Atheniensis dicitur *κυαμοτρώξ*. Quia plerique plebeii ex forensibus negotiis alebantur, mercedem accipientes judicialem et comitialem, *τὸν ἐκκλησιαστικὸν καὶ δικαστικὸν μισθόν*. Intelliguntur autem per *fabas* hæc negotia, quia in suffragiis ferendis adhibebant *fabas*. BERG.

538. *πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει*] Ad illud v. 520. *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει*. BERG.

539. *ἀπαίρετ'*] Vulgo *αἵρεσθ'*. Scholiastæ interpretatio *ἀναχωρήσατε* manifeste refertur ad *ἀπαίρετ'*. Hesychius, *ἀπαίρει: ἀναχωρεῖ*. Concion. 818. *μεστὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων*. Frequens historicis verbum tam de terrestri quam de maritimo itinere. BRUNCK.

540. *τι*] *τε* R. Aug. Junt.

συλλάβωμεν] *ξυλλάβωμεν* R. Aug. Junt.

541. *ἐγὼ γὰρ*] Verba a correctore posita, quum excidissent syllabæ quæ responderunt verbis *ὦ Ζεῦ, τί ποτε* v. 476. Senarium ex conjectura librarii factum exhibent B.Δ. *ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἂν κάμοιμ' ὀρχουμένη*.

542. *οὐδὲ*] *οὔτε* B.C.Δ. Voss.

οὐδὲ τὰ γόνατα κόπος ἐλεῖ (scribendum *ἕλοι* ex B.Δ.) *μου καματηρός* [a]] Hæc quoque interpolata. *οὔτε* (debebat *οὐδὲ*) *γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος* Hermannus Elem. doctr. metr. p. 383. satis probabiliter, nisi quod forma *καματήριος* nonnihil dubitationis habet. Nam quod apud Hesychium legitur, *καματήριον: ἐπίπονον, ἐπίλυπον*, ex *καματηρόν*, quod Stephanus reposuit, corruptum esse potest, quemadmodum *θανατηρός* in *θανατήριος* est corruptum, de quo dixit Bastius ad Gregor. Cor. p. 156. Quamobrem fortasse præstat *οὐδὲ γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματηρὸς ἄν*. adscita in quattuor postremis vocabulis emendatione Bentleii.

546. *ἔνι θράσος* Voss. Vulgo *ἔνι δὲ θράσος*.

ἔνι δὲ σοφὸν] Scribendum *ἔνι δὲ τὸ σοφὸν* cum Hermanno.

ἔνι δὲ φιλόπολις] Delendum *δὲ*, ab Reisigio illatum.

[a] Typothetæ errore in editione mea transpositum *καματηρός μου*.

549. τηθῶν] τήθων R.

ἀνδρειοτάτη Athenæus 3. p. 90. Suidas in τήθη et Eustathius p. 1485, 49. Libri ἀνδρειοτάτων.

τηθῶν — μητριδίων] Est homonymia in his vocibus: nam τήθη est nutrix et τήθεα sunt ostrea quædam; itaque hac voce ambigua vult subindicare asperitatem quandam et duritiem animi in mulieribus. Porro μητρίδιον est mater in forma deminutivi, et dicuntur etiam μητρίδιαι ἀκαλήφαι urticæ, quum in iis generantur grana seminum: quo tempore maxime urunt; itaque hic etiam intelligitur asperitas quædam et mordacitas. In Vespis v. 888. dixit ὀργῆς ἀκαλήφην pro asperitate et vehementia iracundiæ. Est autem et ἀκαλήφη ambiguum, nam et marina est, ut sunt τήθεα, et terrestris. BERG.

550. χωρεῖτ' ὀργῇ] Tanquam milites ad conflictum. Thucydides 5, 70. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως. ubi scholia: ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες· ἰσχυρῶς καὶ σὺν ὀργῇ. BERG.

νῦν οὔρια θεῖτε] Contrarium in Ecclesiaz. 109. νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν. BERG.

551. τε addidit Porsonus.

552. ἡμῶν] ἡμῖν Bentleius.

καταπνεύσῃ] ἐπιπνεύσῃ Δ. πνεύσῃ Voss.

553. ποιησάσας] ποιούσας Δ. Voss.

556. νὴ τὴν Παφίαν Ἀφροδίτην] Verba hæc, quæ vett. editt. Lysistratæ continuant, tres codd. alii personæ tribuunt. In Aug. lineola mutatam personam indicat: in Regiis adscriptum Προβ. Ego mulieri cuidam probabilius tribuo: ironiæ enim, quam his verbis Provisori tributis inesse ait scholiastes, nihil mihi subolet. BRUNCK.

557. χύτραι et λάχανα hic notant non *ollas* et *olera*; sed fora, seu loca ubi illa venibant. Usitatissima Atticis hæc synecdoche Eq. 1375.

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω τἀν τῷ μύρῳ.

Sic Vesp. 789. ἐν τοῖς ἰχθύσι, *in foro piscario*. Eupolis apud Pollucem 9, 47.

περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Multa exempla congessit Taylor Lect. Lysiacarum circa finem, quæ si conferas, facile mecum in opinionem venies hic scribi oportuisse:

νῦν μὲν γὰρ δὴ κἂν ταῖσι χύτραις κἂν τοῖς λαχάνοισιν ὁμοίως.

BRUNCK. Recte Brunckius κἂν restituit. λαχάνοις R. Voss.

561. ἐφ' ἵππου] ἔφιππον R. Junt. et fortasse Aug. ἐφ' ἵππου libri reliqui et Suidas in λέκιθος. ἐφ' ἵππῳ scholiasta Pluti v. 427.

563. δ' αὖ Brunckius. Libri δέ.

ὁ Τηρεὺς] Quia Tereus Thrax erat. BERG.

564. δρυπέπεις C.R. Aug. δρυπέτεις vulgo. Veram hujus vocabuli scripturam δρυπετής esse videri ostendi in Thesauro Stephani s. v. δρυπεπής.

565. δυνατοὶ Elmsleius ad Acharn. 78. Libri δύνασθε, nisi quod δύνασθαι Voss.

567. — 586. Comparationes e re textoria petitas copiose illustravit Schneiderus in indice ad scriptores rei rusticæ p. 360. — 363.

567. κλωστῆρ' Bentleius. Libri κλωστήρ.

568. ὑπενεγκοῦσαι] ἐπενεγκοῦσαι Δ. Voss.

568. 570. ἐνταυθὶ] ἐνταυθοῖ Voss.

569. διαλύσομεν] διαλύσαιμεν R. Junt.

572. τις Δ. Voss. τις γ' R. Junt.

574. πρῶτον codices. πρῶτα Junt.

πόκον] πόκου Kusterus. Recte.

576. ἀπολέξαι e duobus codd. a Kustero bene repositum agnoscunt etiam bini Regii. Mendosam priorum editt. lectionem ἀπολέσαι præfert Aug. [et R.]. At consentiunt tres codd. [et Voss.] in prava lectione præc. v. ἐπὶ κλίνης, quod in duabis Venetis reperio. Propius ad verum accedit Juntina ἐπικλίνεις, accentu tantum male posito. BRUNCK. ἐπικλίνης Δ. ἐπικλινεῖς fortasse R.

577. πιλοῦντας] θλίβοντας R. Junt. πιλοῦντας libri reliqui et Suidas in συνισταμένους.

578. ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι] Supra v. 492. οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. BERG.

579. ἐς] εἰς libri.

582. γε Δ. Voss. et, ex codicibus ut videtur, Brunckius. τε R. Junt.

583. τὰ om. R. Junt. et fortasse Aug.: habent libri reliqui.

586. τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι] Prosopopœia est et allegoria. Intelliguntur commoda eventura, si res publica bene ordinetur. BERG.

587. ῥαβδίζειν] Vid. v. 576.

588. παγκατάρατε] λακκατάρατε corrigebat Bentleius, collata glossa Photii p. 203, 5. λακκατάρατοι: οἱ ἄγαν κατάρατοι, καὶ λακκαταπύγων ὁ ἄγαν καταπύγων. Quæ vocabula simplici κ scribenda. λακαταπύγων legitur in Acharn. 664.

589. ἠὲ] Legebatur ἤ γε. Restitui formam epicam ἠὲ, quæ in versu anapæstico non magis offensioni esse debet quam ἠδὲ in tetrametro Eupolideo, κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη καὶ μίλακα τὴν πολύφυλλον.

590. κἀκπέμψασαι] Innuit cladem Siculam, in qua ὁπλιτῶν periit maximus numerus, unde fletus et ejulatus matribus, quæ Athenis erant, de qua volebat quiritare Lysistrate, nisi Probulus ejus clamores compescuisset, in quo videtur eximium poetæ artificium, ne populum doloris sui admoneret, et pro risu lacrymas cieret. Thucydides initio libri 8. ἅμα μὲν γὰρ στερόμενοι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος καὶ ἡ πόλις ὁπλιτῶν τε πολλῶν καὶ ἱππέων. PALMER.

591. ἡνίκ' ἐχρῆν] Legebatur ἡνίκα χρῆν.

592. διὰ τὰς στρατιάς] Sic B.[Δ.] recte: minio superscriptum ει, sive sit interpretatio, sive emendatio, sive varia lectio. Aug. ut veteres editiones omnes στρατειὰς, accentu genuinæ vocis indicium dante, quod observavit Orvillius ad Charit. p. 540. Editiones recentiores [et R.] στρατείας. Ammonius: στρατεία, ἐκτεταμένως, τὸ πρᾶγμα· στρατιὰ, συνεσταλμένως, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. ἐναλλάσσει δὲ πολλάκις ἐν τῇ χρήσει. Postremam observationem confirmat Photius in Lexico, Ruhnkenio laudatus ad Timæum p. 171. στρατιὰν, συστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στράτευμα λέγουσι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Parum interest fueritne Aristophanes, quem testem advocat, comicus noster, an grammaticus. [Est haud dubie comicus.] Priorem certum est promiscue hoc vocabulo usum fuisse. In impressis etiam Acharn. 251. 1143. Eq. 587. στρατιὰ legitur pro στρατεία. Sequitur καὶ θἠμέτερον μὲν ἐᾶτε, ut recte legit Berglerus: vulgo κᾆθ' ἡμέτερον mendose. Articulus omnino requiritur, ut signi-

ficari possit, quod sententia fert: *quod ad rem nostram spectat, illud quidem mittite.* BRUNCK. καθ' ἡμέτερον R.

594. κἄνδρες B.C.Δ. Voss. γ' ἄνδρες R. Aug. Junt. Scribendum χἄνδρες cum Reisigio Conject. p. 258. De qua crasi dicetur ad Thesm. 90.

595. ἥκων γὰρ B.C.Δ. Voss. γὰρ ἥκων R. Aug. Junt.

597. ὀττευομένη] Attice pro ὀσσευομένη ab ὄσσα, quod Hesychius exponit κληδὼν καὶ φήμη, id est *omen*, *rumor*, et *fama*. Puellæ autem nupturientes ad hæc maxime attendunt; cupiunt enim scire, quando tandem sit venturus aliquis procus, et quis ille sit futurus. BERG. Vide Toup. ad schol. Theocriti p. 148. ed. Gaisford.

598. ἔτι Florens Christianus. Libri ἔστι.

600. χοιρίον ἔσται] Legebatur χωρίον ἐστίν. Correxit Elmsleius ad Acharn. 788. collato Pac. 374. ἐς χοιρίδιόν μοί νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· | δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι.

σορὸν ὠνήσει] Acharn. v. 691. οὗ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὀφλὼν ἀπέρχομαι comparat Berglerus.

601. μελιτοῦτταν Bentleius. Libri μελιττοῦταν. "Hanc Virgilius vocat *offam melle saporatam*. Et dabatur mortuis, ut Cerberus ea placaretur." BERG.

603. 4. Hi versus, qui in vulgatis eidem ac superiores tribuuntur personæ, singuli singulis mulieribus tributi in Regiis, quod actionem scenæ et vividiorem et lepidiorem reddit. BRUNCK.

603. ταυτασὶ quas dicat dubitarunt interpretes veteres. Scholiasta, τὰς ταινίας, ἃς τοῖς νεκροῖς ἔπεμπον οἱ φίλοι· ἐν ἄλλῳ δὲ εὗρον τὰς δραχμὰς, εἰς μισθὸν τῷ πορθμεῖ.

604. τουτογὶ Elmsleius ad Acharn. 784. Libri τουτονί.

605. δεῖ Bentleius. Libri δέει vel δέῃ.

χώρει 's] Libri χώρει εἰς. Hegemo apud Athenæum 9. p. 406 f. et 15. p. 699 a. δεινὰ παθοῦσα φακῇ, βδελυρῇ, χώρει 's τὸν ἀγῶνα. Vid. ad Acharn. 242.

606. ὁ Χάρων σε καλεῖ] Apud Euripidem in Alcestide 254. Alcestis moriens dicit: Χάρων μ' ἤδη καλεῖ. τί μέλλεις; ἐπείγου. σὺ κατείργεις. Apud Sophoclem in Œdipo Col. 1627. ad Œdipum, cui vitæ terminus instabat, vox dei alicujus: ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται. BERG.

611. προὐθέμεσθα] Postquam nempe te lavimus ut mortuum. Euripides in Phœnissis 1329. ὅπως λούσῃ, πρόθηταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν. τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν. De ista προθέσει sive collocatione mortuorum Persius Sat. 3. *tandemque beatulus alto compositus lecto, crassisque lutatus amomis, in portam rigidos calces extendit*. BERG.

612. σοι additum ex B.C.Δ. Voss.

πρῴ Brunckius. πρωῒ vel πρῶι libri.

613. τὰ τρίτ'] Sunt inferiæ tertio a sepultura die inferri solitæ, ut ἔνατα quæ nono inferebantur die. BERG.

614. ἐπεσκευασμένα B.C.Δ. Voss. ἐσκευασμένα R. Aug. Junt.

615. ἐπαποδυώμεθα] *Exuamur ad hanc rem.* Id est *præparemus nos huic rei.* Metaphora a luctatoribus, qui nudi certabant. Lucianus: ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. *accinxit se ad philosophiam.* Ælianus V. H. 12, 1. πρὸς τὸν πότον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. BERG.

ἄνδρες B.C.Δ. Voss. ἄνθρωποι R. Aug. Junt.

616. ὄζειν] ὄζει γε B.Δ.

μειζόνων καὶ πλειόνων B.C.Δ. Voss. πλειόνων καὶ μειζόνων R. Aug. Junt. Quod revocandum.

619. τῆς Ἱππίου τυραννίδος] Quasi tyrannidem affectent, quam obtinuit Athenis Hippias Pisistrati filius. Sed cur Hippiæ meminit præcipue et non alius alicujus tyranni? Scholiastes dicit: εἰκότως τοῦ Ἱππίου μόνου ἐμνημόνευσεν, πρεσβύτατος γὰρ ἦν οὗτος τῶν ἄλλων, Pisistrati filiorum nempe; de iis enim loquitur scholiastes. Propter *ætatem* inquit. Quasi vero Pisistratus, qui inchoavit tyrannidem, non fuerit senior filio suo. Non hæc est ergo causa. Alludit enim comicus ad ἵππον, qui κέλης dicitur, unde κελητίζειν obsceno sensu; in Vespis 497. κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς εἰσελθόντα τῆς μεσημβρίας, ὅτι κελητίσαι ἐκέλευον, ὀξυθυμηθεῖσά μοι, ἤρετ' εἰ τὴν Ἱππίου καθίσταμαι τυραννίδα. Eodem sensu hic in Lysistr. 678. dicit ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή. BERG.

622. ἐς B.C.Δ. Voss. Vat. ἐκ R. Aug. Junt.

Κλεισθένους] Meminit hujus, quia erat γυναικώδης, ut dicit scholiasta. Vide Eccles. 580. BERG.

628. πρὸς hic adverbii vicem fungitur, nec construitur cum

ἡμᾶς: idem est ac προσέτι. Ordo est: καὶ πρὸς διαλλάττειν ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς: *et insuper*. Sic in Æsch. Prom. 937.

ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω.

confer Ran. 415. 611. Eq. 578. BRUNCK.

629. οἷσι πιστὸν οὐδὲν] οἷσιν οὐδὲν πιστὸν B.C.Δ. Voss. De Lacedæmoniorum perfidia conf. Acharn. 307.

632. Alludit ad notissimum scolion. τοῦ μύρτου, eo sensu quo usurpat hoc nomen infra 1004. Lacedæmonius caduceator, haud equidem sum osor. Nolim tamen eos interpretes imitari, qui, ubicunque occurrit vox aliqua apud comicum, quæ ad obscenum sensum detorqueri queat, illico aiunt eo poetam respexisse. Scio illum perquam libenter in ambiguitate vocum ludere, qui fons est ei jocorum facetissimorum: sed nihil inde haurit nisi lepidum et ingeniosum. Quod autem post Florentem commentus est Berglerus, id sane insulsum est. BRUNCK. Scolion apud Athen. 15. p. 695. ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω | ὥσπερ Ἁρμόδιος κ' Ἀριστογείτων etc.

633. Ἀριστογείτονι] Columnam ejus intelligit. BERG.

634. αὐτὸ Scaliger. Libri αὐτός.

636. οὐ γὰρ] Scribendum οὐκ ἄρ' cum Dobræo.

εἰσιόντας] Scribendum εἰσιόντα σ' cum Bentleio. Veram scripturam habuisse videtur scholiasta, qui interpretetur, ἀπὸ τῶν πληγῶν τῶν παρ' ἡμῶν ἀλλοῖος γενήσεται.

637. θώμεσθ'] θῶμεν Δ.

642. ἠρρηφόρουν] Vide Meursium Græcia fer. in ἀρρηφόρια. BRUNCK.

644. εἶτ' ἀλετρὶς ἦ] De his molitricibus scholiastes: γίνονται δέ τινες τῶν εὐγενῶν ἀλετρίδες τῇ θεῷ παρθένοι, αἵτινες τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα ἀλοῦσι· καὶ ἔστιν ἔντιμον τοῦτο. εἰσὶ δὲ καὶ ἱεροὶ μυλῶνες. BERG.

δεκέτις] Nempe virgines decimo ætatis anno initiabantur Dianæ, unde id δεκατεύειν dicebatur. BERG. Vide Harpocrat. in δεκατεύειν.

Ἀρχηγέτι] Sic tres codd. [et Δ.R. Voss.] cum schol. Perperam vulgo Ἀρχηγέτις. Dativus est contractus, ut μήτι. [Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 429.] Significatur Diana, quæ in Braurone colebatur, et *præses* erat illius pagi. Vide rursus Meursium Gr. Fer. in Βραυρώνια. BRUNCK. οὖσα τἀρχηγέτι Buttmannus Gramm. p. 211. Vulgo οὖσά τ' ἀρχηγέτι.

645. *κᾆτ' ἔχουσα* Hermannus in præfatione ad Sophoclis Œdip. Tyr. p. xii. edit. secundæ. *κατέχουσα* B.C.Δ. Vat. Voss. *καταχέουσα* R. Aug. Junt.

ἄρκτος] Virgines, quum initiarentur Dianæ, oportebat crocotulam gestantes inter sacrificandum reptare instar ursæ; unde etiam *ἀρκτεύεσθαι* illæ tunc dicebantur. Originem illius ritus exponunt grammatici Græci. Quum olim Athenis fuisset occisa ursa mansueta, Dianæ sacra, quod irritata læsisset quandam virginem, pestilentia mox invasit regionem. Ad placandam itaque Dianam introduxerunt illum ritum. Quidam vero dicunt, illa, quæ circa Iphigeniam in Aulide contigisse feruntur, ut notum ex Euripide, in Braurone, loco quodam Atticæ, facta esse, sed paulo aliter. Quum enim ibi Agamemnon esset immolaturus Dianæ filiam suam Iphigeniam, hanc divina virtute ex cæde ereptam esse, et loco ejus ad mactandum subjectam ursam, non cervum. Itaque *ἄρκτευσις* illa virginum Atticarum in memoriam hujus rei fuerit instituta. BERG.

646. *κἀκανηφόρουν*] Hoc etiam virginum erat. Vide infra v. 1196. BERG.

647. *'χουσ'*] Libri *ἔχουσ'*. *σχοῦσ'* Bentleius, recte, ut videtur.

650. *ἦν*] *ἦν ἂν* R.

651. *ἐσφέρω*] *εἰσφέρω* libri et *ἀντεισφέρετε* (*ἀντισφέρετε* R.) et *εἰσφοράς* v. 654.

653. *τὸν ἔρανον*] Illud tributum est, quod ordinante Aristide contulerunt quum Persæ invasissent Græciam: *τὰ Μηδικὰ* enim sunt *τὰ Περσικὰ* apud bonos scriptores. BERG.

655. *διαλυθῆναι*] Polybius 18, 29, 12. *τινὲς δὲ τῆς δεξιᾶς ἅψασθαι σπουδάζοντες, οἱ δὲ πολλοὶ στεφάνους ἐπιρρίπτοντες καὶ ληνίσκους, παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον.*

657. *πατάξω* codices et Suidas in *ἀψήκτῳ*. *κατάξω* Junt. Conf. ad Acharn. 1166.

658. *οὖν οὐχ*] *οὐχ* (*οὖν* supra) R. *οὖν* om. Junt. Versus trochaicus præmisso spondeo.

664. *λυκόποδες*] Nunc intelliguntur Alcmæonidæ, qui Hippiam tyrannum oppugnarunt, communito Lipsydrio, loco Atticæ. Hæc ex scholiis. Compellat autem senum grex sese hoc nomine, quasi et ipsi tunc fuerint inter Alcmæonidas (solet

enim comicus choro senum tribuere, quæ longe antecesserunt ætatem illorum hominum), ut æmulentur scilicet Alcmæonidarum virtutem oppugnanda tyrannide Hippiæ, quia nunc etiam mulieres affectent ejusmodi tyrannidem. Supra enim v. 621. dicebat: *καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος.* Alias Lycopodes dicuntur etiam tyrannorum satellites. Est autem origo nominis a pellibus lupinis, quibus tuebantur pedes. BERG. Quæ de vocabulo *λυκόποδες* affert scholiasta, aliena sunt ab Aristophane, quem metrum ostendit *λευκόποδες* scripsisse, quod Hermannus restituit. Scriptura vitiosa utuntur Photius p. 235, 17. et Suidas in *λυκόποδες.*

665. *Λειψύδριον*] De isto Lipsydrio et de Alcmæonidis cantabant scolion in conviviis, quod vide apud Athenæum p. 694. BERG.

666. *ὅτ' ἦμεν ἔτι*] Sic in Acharn. 697. chorus senum dicit *ὅτ' ἦμεν.* BERG.

669. *κἀναπτερῶσαι*] Hanc metaphoram explicat ipse comicus Av. 1437. et seqq. BERG.

673. *λιπαροῦς* Bentleius. Libri *λιπαρᾶς* vel *λιπαράς.*

675. *ὥσπερ Ἀρτεμισία*] Hæc etiam fuit in magna illa classe Xerxis contra Græcos, et ejus virtutem admiratus est Xerxes. Vide Herodotum. BERG.

676. *διαγράφω* Bentleius. *διαγράψω* R. Aug. Junt. *διαγράψαι* B.C.Δ. Vat. Voss. "Est autem metaphora, ut scholiastes dicit, "a litigantibus; nam *διαγράφειν δίκην* est *annihilare dicam* "alicui scriptam. In Nubibus v. 775. *πεντετάλαντος διαγέ-* "*γραπταί μοι δίκη.*" BERG. V. Ruhnken. ad Timæum p. 82.

677. Alluditur ad illum *Ἀφροδίτης τρόπον,* de quo supra ad v. 60. Ad pendulam illam Venerem, cujus fructu delectabantur etiam mulieres tribades alternis se inscendentes, spectant Asclepiadis Epigrammata 29. 30. BRUNCK.

679. *Μίκων*] Miconis pictura erat in porticu, cui nomen *Ποικίλη,* quam describit Meursius Athen. Att. p. 20. BRUNCK. Conf. Pausan. 1, 15, 2.

680. *τετρημένον ξύλον*] Hoc lignei vinculi genus dicitur *πεντεσύριγγον ξύλον* in Equit. 1045. BERG.

682. *τουτονὶ τὸν αὐχένα*] Collum etiam imponebatur in lignum illud perforatum; Anacreon apud Athenæum p. 534. *πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς αὐχένα.* BERG.

683. ὖν] Schol. τὴν φύσιν λέγει, τὴν ὀργήν.

689. αὐτοδὰξ] Irati se ipsos mordent. Vesp. 785. σεαυτὸν δάκνων. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων. BERG.

690. μή ποτε φάγῃ σκόροδα] Scholiasta, εἰς τὸν πόλεμον φέρουσι σκόροδα.

μηδὲ κυάμους] Scholia: ἵνα μὴ δικάσῃ. Quia suffragia fabis ferebantur, unde populus Atheniensis dicitur κυαμοτρώξ in Equit. 41. BERG.

692. κακῶς] Addendum μ': quod vidit Bentleius.

694. ἀετὸν τίκτοντα] Hæc allegoria est, cujus sensus: *ego eruam tibi testiculos.* Id propriis verbis dicit supra v. 365. οὐ μήποτ' ἄλλη σου κύων τῶν ὄρχεων λάβηται. Ratio allegoriæ hæc est: quemadmodum scarabæus Æsopicus aquilæ in Jovis gremio parientis ova ejecit, ita et ego eruam tua ova, id est tuos testiculos. Fabulæ Æsopicæ et comicus breviter meminit in Pace 129. et seqq. ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μόνος πετεινῶν (κάνθαρος) εἰς θεοὺς ἀφιγμένος — κατ' ἔχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ, ᾧ 'κκυλίνδων κἀντιτιμωρούμενος. BERG. ἀετὸν Brunckius. αἰετὸν libri.

696. οὐ γὰρ] Vulgo ΓΥΝΗ ΤΙΣ. οὐ —. In R. ἄλλη οὐ —.

700. θὴκάτῃ] τῇ 'κάτῃ R. Aug. τῇ ἑκάτῃ Junt.

702. κἀγαπητὴν] καμπητὴν R. Aug. Junt.

705. ὑμᾶς λαβὼν] λαβὼν ὑμᾶς R. Aug. Junt.

706. Alloquitur Lysistratam ex arce venientem cum tristi vultu. Causa autem tristitiæ est incontinentia et libido mulierum, quæ in arce non possunt coerceri, ne ad viros elabantur. BERG. In R. præscriptum, γυνὴ πρὸς λυσιστράτην. Vix opus moneri coryphæi hæc verba esse. 706. 707. ex Telepho Euripidis.

713. Sumtus hic versus ex Æschylo Prom. 197.

ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,
ἄλγος δὲ σιγᾶν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα.

BRUNCK. Scholiasta, ἐξ Εὐριπίδου.

717. Ζῆνα dicit, quemadmodum in præcedentibus verbis sermonem tragicum erat imitata.

719. ἀποδιδράσκουσι] διαδιδράσκουσι Δ. Voss.

720. διαλέγουσαν] Id est διορύττουσαν. De qua significatione dixi in Thesauro Stephani. Conf. ad Vesp. 350.

721. Πανὸς αὔλιον] Panis antrum subter rupes, quæ *Macræ* di-

cebantur, ad latus arcis septentrionale. In eo compressa Creusa ab Apolline, ibidem post exactos menses Ionem peperit. In cognomine Euripidis dramate Creusæ arcana sua revelanti, v. 946.

οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;

respondet senex patris illius olim pædagogus:

οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.

Ibid. v. 11.

ἔνθα προσβόρρους πέτρας
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς 'Αθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες 'Ατθίδος.

Vide Meursium Ath. Att. 2. 6. ubi tamen Panis non meminit, cui sacrum fuit hoc antrum. BRUNCK. Add. Musgrav. ad ejusdem fabulæ v. 504.

722. τροχιλίας] τροχειλίας R. Junt.

723. στρουθοῦ] Scribendum στρούθου.

725. εἰς] ἐς libri.

'Ορσιλόχου] Scholiasta dicit hunc notari tanquam lenonem et adulterum et effeminatum. BERG.

727. ἤδη] ἡδὶ Elmsleius.

729. Μιλήσια] Milesia vellera erant in pretio. BERG.

730. κατακοπτόμενα] κατακαμπτόμενος Etym. M. p. 709. extr. et Philemo p. 66. ed. Burn. (116. Osann. qui similia ex alio grammatico attulit.) ὑπὸ τῶν σέων καταπονούμενον ex Aristophane affert Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1257.

733. μὴ διαπετάννυ, μηδ' ἀπέλθῃς] Vulgo διαπετάννυε. Formam quam Regii [Δ. et Voss.] exhibent, prætuli. Sic Eurip. Med. 747.

ὄμνυ πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρός.

Noster Pace 844.

στόρνυ τ' ἐμοὶ καὶ τῇδε κουρίδιον λέχος.

Est hoc ex indole dialecti Atticæ, quæ formis contractis gaudet. Perperam in B. ἄπελθε. BRUNCK.

734. ἐῶ] Restituenda potius forma monosyllaba ὦ. ἐῶ δ' pro ἀλλ' ἐῶ B.Δ.

736. αὕτη 'τέρα] Vulgo αὔθ' ἠτέρα. Conf. ad v. 66.

739. ἔγωγ' B.C.Δ. Voss. ἐγὼ δ' R. Aug. Junt.

ἀπέρχομαι] ἐπέρχομαι C. et Vat. Scribendum ἐπανέρχομαι cum Kustero.

740. μἀποδείρῃς] μὴ ἀποδείρῃς libri.

τουτουὶ Bentleius. τούτου σὺ R. Junt. τοῦτο σὺ B.C.Δ. Vat. Voss.

742. πότνια producta syllaba prima, quia sermonem tragicum imitatur.

745. γ' ἐχθές] γε χθές R.

749. ἀλλ' ἢ B.C.Δ. Voss. ἀλλὰ Aug. Junt. et fortasse R.

751. ἱερὰν κυνῆν] Ex templo Minervæ. BERG.

752. κυεῖν] Habebat vestem fartam galea, ut gravida videretur. BERG.

754. ἔτ' om. R. Junt.

756. προφασίζει] τί προφασίζει (vel — ῃ) B.C.Δ. Voss.

τὰ om. B.Δ.

757. οὐ τἀμφιδρόμια] οὐδ' ἀμφιδρόμια B.C.Δ. Voss. "Dies est, "ut plerique veterum aiunt, a nato infante quintus, in quo "gestantes puerum cursitabant circa lares, unde etiam nomen "accepit. Illo die etiam obstetrices purgabantur et dona fere-"bantur. Quidam aiunt decimum esse, quo nomen impone-"batur infanti, ut scholiastes ad hunc locum. Vide lexicogra-"phos Græcos." BERG.

κυνῆς] Scholia, δέον παιδίον, εἶπε κυνῆς.

758. δύναμαι 'γωγ'] δύναμαι ἔγωγ' R. δύναμαί γ' ἔγωγ' C. et Voss. δύναμαί γ' ἔτ' B.Δ.

759. τὸν ὄφιν — τὸν οἰκουρὸν] Custodem arcis. Huc respexit Hesychius in οἰκουρὸν ὄφιν, ad quam glossam vide interpretes et in primis Valckenarium ad Herodot. 8, 41. BRUNCK.

760. γε delendum cum Bentleio. Conf. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 105. Ante γλαυκῶν in editione mea excidit τῶν.

761. κακκαβιζουσῶν, *tutubantium.* Plautus Men. 4, 2, 90.

Tu, tu istic, inquam. Vin' afferri noctuam
Quæ *Tu Tu* usque dicat tibi? nam nos, jam nos defessi sumus.

ad quem locum vide interpretes. BRUNCK. κακκαβάζουσῶν (ι supra) Voss. κακκαβιαζουσῶν Δ. Scribendum κικκαβαζουσῶν cum Dobræo. Sic κικκαβαῦ in Av. 261. Conf. Valcken. ad Ammon. p. 229. "Hodie, teste Dodwello Itin. vol. 2. p. 43. κουκουβαγία "vocatur Athenis strix passerina, cujus carmen ista vox accu-"rate imitatur." DOBRÆUS.

764. ἀργαλέας B.C.Δ. Voss. γ' ἀργαλέας τ' R. Aug. Junt. Scribendum ἀργαλέας γ' cum Dobræo.

766. ἔτ' om. B.Δ. In R. Aug. προσταλαιπωρήσατέ γ' (γε R.), omisso ἔτ'.

768. στασιάσωμεν] στασιῶμεν R. Junt.

774. ἦν] ἂν Δ.

δὲ διαστῶσι B.C.Δ. Voss. et scholiasta. δὲ δ' ἀποστῶσιν R. δὲ (vel δ') ἀποστῶσιν Aug. Junt. δ' ἄρ' ἀποστῶσιν editio Amstelod. a. 1670.

καὶ ἀναπτῶνται B.C.Δ. Voss. κἀναπτῶνται R. Aug. Junt.

777. γ' om. R. Aug. Junt.

778. — 780. Lysistratæ tribuit Dobræus.

785. ἦν νεανίσκος] Lectio interpolata. ἦν ποτε νέος probabilis conjectura Hermanni Elem. doctr. metr. p. 512.

Μελανίων] Μειλ— hic et infra per dipthongum in R.Δ. Voss. Junt. et, ut suspicamur, tribus codicibus Brunckii. Simplicem vocalem præbet Suidas in Μελανίωνος. Eadem scripturæ inconstantia apud Apollodorum 3, 6. p. 280. et 3, 9. p. 306. aliosque, de quibus vid. Valckenar. ad Phœniss. p. 625. Μειλανίωνα epici dixerunt et Milanionem poetæ Latini, velut Propertius 1, 1, 9. *Partheniis errabat in antris; ibat et hirsutas sæpe videre feras.* De Milanione, Amphidamantis filio, ejusque amore Atalantæ vid. Apollodor. 3, 9.

787. ἐς] εἰς R.

788. ᾤκει] ἐνῴκει Δ. Voss.

789. ἐλαγοθήρει] ἐλαγοθήρα B.C.Δ. Voss. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 627.

792. κατῆλθε] κατῆλθεν libri.

793. οὕτω] οὕτως Δ.

795. κεῖνος] 'κεῖνος Voss. hic et v. 818.

τ'] δ' B.C. Voss.

798. κρόμμυόν τἄρ' (sic B.C.Δ. Voss. et Suidas in κρόμμυον. γὰρ R. Aug. Junt.) οὐκ ἔδει] Nam esus cepæ ingratum facit osculum. Vide Thesm. 494. BERG.

799. κἀνατείνας] Vid. ad Eq. 1130. τὸ σκέλος, quod addunt libri, delevit Bentleius.

801. Μυρωνίδης] Qui Bœotos vicit ad Œnophyta. Vid. Thucyd. 1, 108. BERG. Memoratur etiam in Eccles. 303.

803. μελάμπυγος] Qui tales essent, eos putabant fortes, ut contra, qui essent λευκόπυγοι, eos molles et effeminatos. Vide Hesychium et Suidam. BERG.

805. Φορμίων] Dux celeber, cujus mentio in Equitibus v. 558. BERG.

809. Τίμων] Iste μισάνθρωπος satis notus est ex Luciani egregio libello, cui titulus Timo. BERG.

809. ἦν τις Δ. Voss. et Suidas in ἀπορρῶγας. Legebatur τις ἦν.

ἀΐδρυτος] ἀνίδρυτος Suidas in Τίμων. Utriusque formæ exempla attulit Lobeck. ad Phrynich. p. 730.

810. τὰ πρόσωπα Hermannus. Libri τὸ πρόσωπον.

περιειργμένος] περιειργασμένος Δ. Voss.

811. Ἐριννύος (debebat Ἐρινύος) Hermannus. Libri ἐρινύων.

ἀπορρώξ] Vid. Valckenar. de Aristobulo p. 16. Post hunc versum excidit versus qui respondit versui 789.

813. ἄρ' Hermannus. Libri οὖν.

820. — 890. om. B.C.Δ. Voss. In C. spatium vacuum relictum quattuor circiter plagularum.

824. σάκανδρον] Libri σάκανδρ'. "Suidas, σάκανδρος: τὸ γυ-" "ναικεῖον αἰδοῖον. Derivatur a σάκος, barbam significante." "Vide Conc. 502." BRUNCK.

827. ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ] In Eccles. 12. mulier lychnum alloquens dicit, μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχοὺς λάμπεις ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. BERG.

831. ἄνδρ' ἄνδρ' Florens Christianus. Libri semel ἄνδρ'.

832. εἰλημένον] εἰλυμμένον R.

833. 834. Hæc Lysistratæ tribuenda esse recte monet Dobræus.

835. Χλόης] Est autem Chloe Cereris cognomen, a virescentibus segetibus. Vide Athenæum p. 618. Sic ferme *flava Ceres* apud Virgilium. BERG. Cereris Χλόης dictæ templum erat in urbe prope arcem. Vide Meursium Gr. Fer. in Χλόεια. BRUNCK.

836. Lysistratæ hic versus absurde continuatur in vulgatis libris, in quibus totius hujus lepidissimi colloquii ita confusæ et perturbatæ sunt personæ, ut vix se quis eo extricare et actionem scenæ mente concipere queat. In Aug. lineola mutatæ personæ index huic versui præfixa: quæ vero initio seq. v. præfigi debuit, male omissa: at rursus posita est ante νὴ Δία. Melius in cod. ὦ νὴ Δί' — ut infra 857. ὦ πρὸς τῶν θεῶν. BRUNCK. Vulgo ὦ.

839. εἴη] Scribendum ἤδη cum Dobræo.

841. ἡ κύλιξ] Vide v. 209.

843. παραμένουσά γ' Bentleius. Libri παραμένουσ'. Porsono scribendum videbatur συνηπεροπεύσω σοὶ παραμένουσ'.

846. ὥσπερ ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον. Plautus in Cistellaria 2. 1, 4. *Jactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser.* Quod ad verba Græca attinet, similiter in Pluto v. 876. ἐπὶ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανούργηκας. ubi vide notam. BERG.

851. Vulgo [et in R.] legitur: ἰδού, καλέσω 'γὼ τὴν Μυρρίνην σοι. σὺ δὲ τίς εἶ; metro corrupto. Diversa, sed non melior, cod. lectio: ἰδού, καλέσω τὴν Μυρρίνην νῦν σοι. σὺ δὴ τίς εἶ; Hinc expuncto νῦν, illinc 'γώ, constant numeri. BRUNCK.

852. Παιονίδης Κινησίας] Habent hæc quidem formam nominum propriorum hominis, et nunc introducitur persona sub his nominibus, sed vi vocis res consignificatur. Παιονίδης enim est a παίειν, quod de re Venerea usurpatur, ut in Pace 874. BERG. παιονείδης R. πεονίδης (a πέος) Bentleius.

855. διὰ στόμα] Æsch. Sept. c. Theb. 51. οἶκτος δ' οὔ τις ἦν διὰ στόμα. BRUNCK.

856. ᾠὸν] ὠιὸν R. Vulgo ὠόν.

862. σοι addidit Bentleius.

863. τουθ'] δεικτικῶς scilicet rigentem nervum. BRUNCK.

866. αὐτὴ 'ξῆλθεν Florens Christianus. Vulgo αὐτὴ (αὕτη R.) ξυνῆλθεν.

878. Mœris: Μάμμην, καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί· Ἕλληνες τὴν μάμμην. Ad quem locum videndi interpretes. BRUNCK.

884. τί γὰρ πάθω;] Perperam vulgo verba hæc Cinesiæ tribuuntur, quæ mulieri continuanda. Formulam illustravit Valckenarius ad Eurip. Phœn. p. 335. Ea utitur noster Conc. 860. Nub. 798. Av. 1432. BRUNCK. Personarum distinctionem Florens Christianus, quamvis dubitanter, correxit.

885. γὰρ] μὲν Brunckius. γὰρ grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 355.

887. βρενθύεται] De hoc verbo vide Hemsterhusium ad Lucian. p. 367. BRUNCK.

888. ταῦτ' αὐτὰ δή 'σθ' ἃ κἄμ'] ταῦτ' αὐτὰ δὴ κἄσθ' ἅμ' malebat Dobræus.

895. διατίθης] Libri διατιθεῖς. Vid. Porson. ad Eurip. Or. 141.

896. φορουμένης] διαφορουμένης Suidas in h. v.

901. Post hunc versum is, qui sequi debebat, omissus fuit in omnibus editionibus, magno cum sententiæ et venustatis dispendio. Causam omissionis manifestam vides. Duobus continuis versibus in eadem verba τοιγὰρ ἂν δοκῇ desinentibus, a superiore ad inferiorem deflexit librarii oculus, alioqui non animadvertentis absurde Cinesiæ tribui ista, κἄγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε. Versum qui desiderabatur, personis recte distinctis, exhibent tres codd. [et R.Δ. Voss.] solus quidem C. in contextus serie, duo reliqui in margine ab eadem manu. BRUNCK.

901. 902. ἦν] Libri ἄν.

904. κατακλίνηθι Elmsleius. Vulgo κατακλίθητι. Aoristum priorem hujus verbi alibi (Vesp. 1211. Av. 122.) libris antiquis auctoribus removimus. Hoc quidem in loco Elmsleii correctioni favet etiam v. 906.

906. ὦ Μύρριον B.C. [Δ. Voss.] Vulgo [et R.] ὦ Μυρρίνιον. Diminutivum Μύρριον deductum a nomine primitivo μύρρα, unde Μυρρίνη. BRUNCK. κατακλινεῖ pro κατεκλίνης Δ. Voss. Ceterum probabilior videtur Dobræi emendatio οὐ κατεκλίνης, Μυρρινίδιον;

909. 'κποδὼν] 'κποδῶν R.

910. κατακλίνει] κατακλινεῖ B.C.Δ. Voss.

911. ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς, καλόν] Supra 721. ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὔλιον. Conc. 321.

ᾗ πανταχοῦ τοι νυκτὸς ἐστὶν ἐν καλῷ.

Thesm. 292.

ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων
ἵν' ἐξακούω;

Hic καλόν ἐστι, vel καλὸν ἂν εἴη, diversa loquendi forma idem valet, ac illis in locis ἐν καλῷ εἶναι. Ceterum duo Regii bene habent τὸ τοῦ Πανὸς, quod e suis reposuit Kusterus. In Aug. ut in Juntina, ὅπου τοῦτο Πανός. BRUNCK. ὅπου τοῦ τὸ Πανός R.

912. καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' ἐς πόλιν;] Sic ad linguæ normam legendum. Male vulgo duæ voces coaluerunt ἀνέλθοιμ' —. BRUNCK.

913. Clepsydra fons erat Athenis ex arce fluens. Vide Hesychium in κλεψίρρυτον ὕδωρ. BRUNCK.

915. *τράποιτο*] Scribendum *τρέποιτο*. Constans in hac formula usus est temporis præsentis. In Acharn. 833. *ἐς κεφαλὴν τρέποιτ' ἐμοί.* ubi R. *τράποιτ'*.

918. *κατακλινῶ*] *κατακλίνω* R.

919. *ἤ τοι γυνὴ*] Sic Regii [Δ. Voss.]: vulgo [et R.] *ἡ δὴ γυνή*. Male iidem *φιλεῖν* pro *φιλεῖ*. In B. *φιλεῖ* primo scriptum fuit: postea superscriptum *ν*. BRUNCK.

δήλη 'στὶν καλῶς] Soph. Œd. T. 1008. *καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς*. SCHÆFER.

920. *'κδύομαι*] *'γδύομαι* R.

921. *καίτοι, τὸ δεῖνα, ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα*] Voces *τὸ δεῖνα* cum ceteris partibus sermonis non construuntur, quod distinctione indicavi. Est *ἐπιφώνημα*, seu interjectio affectum animi significans, sive mirantis, sive dolentis, sive indignantis, nec alio verbo melius reddi potest, quam comicis Latinis frequentissimo *Perii*. Plaut. Truc. 3, 2. 21.

Perii! rabonem? quam esse dicam hanc beluam?

Terent. Eun. 2, 3, 69.

Perii! nunquamne etiam me illam vidisse?

Vide aliud exemplum supra ad v. 202. Alibi, ut Pace 268. alia comicis Latinis non minus frequenti interjectione usus sum, *Malum*. Quid sibi vellet istud *τὸ δεῖνα* non intellexerunt interpretes. Verti equidem: *At, perii! teges efferenda est.* In Acharn. 1149. *τὸ δεῖνα* aliud quid significat; nempe *κατ' εὐφημισμὸν*, ut ait scholiastes, *τὸ αἰδοῖον*. Scilicet idem olim quod hodie contigit, ut proletarius sermo animi affectus quosdam significaret vocabulis e re Venerea sumtis. Italorum etiam politissimi vocem *cazzo*, qua primaria sua significatione non utuntur, nisi indecore *εὐθυρρημονοῦντες*, frequenter pro interjectione adhibent, plane idem significante quod comici *τὸ δεῖνα*, et Latinorum *Perii*. BRUNCK.

ψίαθος] *ψίεθος* R. et Junt. hic et infra. Quam formam rejiciunt Atticistæ. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 309.

922. *μή μοί γε*] Vid. ad Eq. 19.

923. *ἐπὶ τόνου*] *ἐπιτόνου* B. Voss. et scholiasta. *τόνος* ex Lysistrata affert Pollux 10, 37.

927. *ἀλλ' οὐ δέομ' οὐδὲν ἔγωγε*] *ἀλλ' οὐδὲ δέομαι οὐδὲν ἔγωγ'* (sic) Voss. *ἀλλ' οὐδὲ δέομαι 'γωγε* Bentleius. Scribendum *ἀλλ' οὐδὲ δέομ' ἔγωγε*.

928. ἢ B.C.Δ. Voss. ἤτοι R. Aug. Junt.

Ἡρακλῆς ξενίζεται] Proverbium est, ut scholiastes dicit et Suidas, de iis qui diu morantur. Hercules erat vorax; hinc diu morari videbantur, qui ei cœnaturo non statim afferrent dapes. Apud Euripidem in Alcestide Hercules hospitio Admeti excipitur, ubi servus, qui ei ministraverat, dicit v. 747. *πολλοὺς μὲν ἤδη, κἀπὸ παντοίας χθονὸς, ξένους μολόντας οἶδ᾽ ἐς Ἀδμήτου δόμους, οἷς δεῖπνα προὔθηκ᾽· ἀλλὰ τοῦδ᾽ οὔπω ξένον κακίον᾽ ἐς τήνδ᾽ ἑστίαν ἐδεξάμην.* deinde post duos versus: — *οὔτι σωφρόνως ἐδέξατο τὰ προστυχόντα ξένια, συμφορὰν μαθὼν, ἀλλ᾽ εἴ τι μὴ φέροιμεν, ὤτρυνεν φέρειν.* Forte etiam data opera quandoque morabantur, ut magis irritarent Herculem, et forte nonnulli aliquando spem ei fecerunt cœnæ, deinde lupum hiantem deluserunt; unde risus materia comicis fuit *Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος,* ut est in Vespis v. 60. Sic et iste Cinesias, qui misere exspectat et sperat concubitum, deludetur. BERG.

929. Longe aliter, ac vulgo, personis distributa sunt quæ sequuntur: nempe ut in duobus Regiis, binisque aliis codicibus quorum collationes Kusterus habuit. Eadem in Aug. lineolis indicata distinctio. *Surge,* ait Myrrhina, *ut cervical tibi subponam.* Verba ἅπαντα δῆτα interrogative cum ironia proferri possunt: *omniane, quæso? me tamen nondum.* Vel affirmative: *omnia sane, ut dicis.* BRUNCK.

930. *δεῦρό νυν, ὦ χρύσιον*] Sic ille in Acharn. v. 1201. appellat meretriculas: *φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω.* BERG. Conf. Jacobs. ad Antholog. Palat. vol. 3. p. 696.

934. *οὐ δέομαι ῎γωγ᾽, ἀλλὰ*] *οὐ δέομαι. ἀλλὰ* C. Voss. *οὐ δέομαί γ᾽ ἀλλὰ* R. *οὐ δέομαι δῆτ᾽ ἀλλὰ* B. *οὐδὲ δέομαι ἀλλὰ* Voss. quæ lectio proxime a vero abest. Scribendum enim cum Dobræo *οὐδὲ δέομαί γ᾽, ἀλλὰ* — .

936. *ἅνθρωπος*] Id est *ἡ ἄνθρωπος.* Libri *ἄνθρωπος.*

940. *ὦ Ζεῦ δέσποτα*] Scriptor *περὶ κωμῳδίας* p. xiii. ed. Kust. ubi de facetiarum comicarum generibus exponit, *ἕκτον,* inquit, *κατὰ ἐξαλλαγὴν, ὡς τὸ ὦ Βδεῦ δέσποτα ἀντὶ τοῦ ὦ Ζεῦ.* Quæ ad hunc versum refert Bentleius parum probabiliter.

941. *δὴ*] Scribendum *νυν* cum B.C.Δ. Voss. in quibus *νῦν.*

943. *εἰ μὴ*] Vid. ad Eq. 186.

γε B.Δ. Voss. et scholiasta. *τε* C.R. Aug. Junt.

944. Ῥόδιον] Apparet Rhodium unguentum vilius fuisse aliis unguentis. BERG.

945. ἔα αὔτ', ὦ δαιμονία] ἔα αὔτ' crasis inepta. Scribendum ἔασον, δαιμονία cum Reisigio in comment. crit. ad Soph. Œd. Col. p. 344. Similiter depravati fuerunt Sophoclis Œdip. Col. v. 1192. et Aristophanis Ran. v. 1243.

946. πρῶτον] πρῶτος R. Aug. Junt.

947. ἀλάβαστον C.R. Vulgo ἀλάβαστρον.

948. ᾦ 'ζυρὰ, pro ὦ οἰζυρά. Ad vulgarem pronuntiandi morem, qui Athenis obtinebat, referendum videtur, quod media hic in οἰζυρὸς corripiatur, quod sane analogiæ repugnat, nec aliorum poetarum exemplis confirmari posse arbitror. Etymol. M. p. 620. l. 3. οἰζυρὸς, τὸ ζυ μακρόν. In Daphnidis et puellæ colloquio inter Theocritea, ubi ediderunt:

τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· ὀΐζυον οὐδὲν ἀρέσκει,

Scaliger ὀϊζυρὸν contra prosodiam reponebat: nec scio an melius locum tueatur ὀΐζυον significatione transitiva. Ut autem ad ᾦ 'ζυρὰ revertar, si unico in hoc loco reperissem, vitii suspectum mihi fuisset: sed recurrit Nub. 655.

οὐ γὰρ, ᾦ 'ζυρὲ,
τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν.

quo in loco non magis quam hic variant codd. BRUNCK.

950. ὑπολύομαι γοῦν] Sic duo codd. In B. [et Δ.] ἀποδύομαι γοῦν. Supra bis dixit ἐκδύομαι. Supererat ut calceos exueret. Male vulgo divisim γ' οὖν. BRUNCK.

956. ταύτην] Scribendum ταυτηνὶ cum Reisigio Conject. p. 265.

957. ποῦ Κυναλώπηξ] Sic ambo Regii [Δ. Voss.] et scholiasta. Vulgo [et R.] χηναλώπηξ. Innuitur Philostratus, famosus illius ætatis leno, cujus meminit comicus etiam Eq. 1069. BRUNCK.

958. μίσθωσόν μοι τὴν τίτθην] Sic omnino legendum, quod e scholiaste discere poterant nuperi editores. In C. [et Voss.] liquido et emendate scriptum τὴν τίτθην. In B. [et Δ.] τὴν τίθην. Vulgo barbare τὴν κύστην. Aug. τὴν κύστιν, quod saltem Græcum est. [τὴν κύστην R.]. Coriaceum penem erectum manu tenens et ostendens Cinesias, tanquam si puellula esset partu recenti edita, quærit: *Quomodo istam educabo? ubi Cynalopex? loca mihi mercede nutricem.* Intelligebant ex alumni

visu spectatores, et ex notissimo lenonis cognomine, quanam nutrice opus esset. Facetum hoc et comicum est: quod antea legebatur, inficetum et absonum. Nominis *τίτθη* veram scripturam hic locus ostendit: ut mendosa est in B. sic aliis in auctoribus peccatum a librariis, quorum error fraudi fuit Scaligero, apud Ammonium p. 135. scribere jubenti *τιθὴ* pro *τιτθὴ*, cui morem non gessit Valckenarius noster. BRUNCK. Scripsi *τιτθήν ὀξυτόνως*.

961. *αἰαῖ*] Libri *αἲ αἴ* vel *αἶ αἶ*.

962. *δ' ἂν*] *γαρ ἂν* R. *γὰρ ἢ* Δ. Voss. *γὰρ ἂν ἢ* vulgo: quod revocandum.

963. Alieno loco hic positum mihi videtur nomen *ψυχὴ*, quod librarius repetiit e v. 960. *τείρει ψυχήν*. Ad institutam partium enumerationem non pertinet *ψυχή*. Scripserat, ni fallor, comicus, *ποία ψωλή; ποῖοι δ' ὄρχεις* — de his non dicas, *ὡς οὐ ξύμφορον*. BRUNCK.

964. *ποῖος ἂν* C. Voss. *ποῖος δ' ἂν* libri reliqui et schol. Ran. 233.

966. *βινῶν*] *κινῶν* R. Aug. Junt.

ὄρθρους] *ὄρθους* R. V. 1089. comparat Berglerus.

967. *ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν*] Sic distingui oportet. Genitivi pendent a suppresso admirationis adverbio *ὦ*. Sic Nub. 153.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν.

Loquendi formam imitantur Latini. Plautus Most. 3, 3, 9.

Di immortales, mercimoni lepidi!

BRUNCK.

969. *ἡ πανβδελυρὰ καὶ πανμυσαρὰ* R.

970. KIN.] *χο. γυν.* R. Voss.

972. *ὦ Ζεῦ Ζεῦ* Brunckius. Libri *ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ*.

977. *ἐς* B.C.Δ. Voss. Vulgo *εἰς*.

980. *γερωία*] *γερωχία* C.R. Aug. Voss. Junt. *γερωσία* B.Δ. " Laconice *ἡ γερουσία*, secundum usitatam in talibus consuetu-" dinem, dicebatur *Γερωΐα*, vel, digamma Æolico interposito, " *ΓερωϜία*. Eo autem hoc in loco prætulerim *ΓερωϜία*, quoniam " editiones exhibent *γερωχία*. alias placuisset *Γερωΐα*, quam for-" mam ad Hesychium illustravit Koenius p. 822. n. 16. hoc " ceteris Aristophanis congrueret. v. 1299. *ἐκλιπῶα Μῶα·* v. " 1301. *κλεῶα* etc. in quibus *ου* in *ω* mutato, *σ*, vocalibus

"interpositum, fuit ejectum." VALCKEN. in epist. ad Roeverum p. 72.

981. ἦ τοὶ Berglerus. Vulgo ἤτοι.

πρυτάνιες codices. πρυτάνεις Junt.

μυσίξαι B.C.Δ. Voss. μυθίξαι R. Aug. Junt. μουσίξαι Valckenarius. Conf. ad v. 94.

982. εἶ πότερον B.C.Δ. Voss. εἶ τίς; πότερον R. Aug. Junt.

Κονίσαλος] Scripturam nominis Κονίσσαλος, quam habet Suidas, duplici σ, male prætuli. Codd. comici, Hesychius, auctor Etymol. M. alteram, quæ impressorum librorum est, unico σ, confirmant. A κονίσω futuro verbi κονίω, cujus penultima longa est, derivatur κονίσαλος, ut ab ἵξω, ἵξαλος. Sic κονίποδες Conc. 848. antepenult. producta, ab eodem futuro κονίσω. De nominis significatione vide Hesychii interpretes ad κονιορτόποδες et seq. aliquot glossas: confer Eustathium ad Ἰλ. γ. p. 373. BRUNCK.

983. κάρυξ] Sic Regii [Δ. Voss.]: vulgo κῆρυξ. Suidas: κυρσάνιε, νεανία, ἔφηβε, ἢ εὐτελέστατε. κυρσὸς γὰρ, εὐτελὲς λάχανον. κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους. Confer Hesychii interpretes ad κυρσάνιοι. BRUNCK. Scribendum κᾶρυξ. κυρσάνεις R. a pr. m. κυρσάνειε a m. rec.

986. ἐγώνγα] Sic ambo Regii. In Aug. ἐγώνγε: at infra 990. recte habet ἐγώνγα, ut iterum Regii. Utroque in loco impressi ἐγώγα. BRUNCK. ἐγών γα Δ. utrobique. ἐγῶνγα Voss. utrobique. ἔγωνγε R.

988. παλεόρ γα] Legebatur παλαιόρ γα. Hoc παλεόρ potius scribendum esse ostendi ad Euripidis Electr. v. 497. in præfatione ad poetas scenicos et in Thesauro Stephani vol. 2. p. 579. πάλαι ὄργα R. Aug. Junt. παλε γα Voss. in textu et in lemmate scholii. παλεός γα B.Δ. παλεολόγα C, quod prope abest ab scriptura codicis Vossiani. παλεός legit scholiasta, ineptam commentus etymologiam, παλεός: ὥσπερ τὸ πήγανον ἔνιοι ἀφαιρέσει τοῦ π ἤγανον λέγουσιν, οὕτως ἐνταῦθα κατὰ τὸ ἐναντίον πλεονάζει τὸ π. ἠλεὸς, ἀλεὸς, παλεός. τουτέστι λῆρος καὶ μάταιος. Suidas, Παλεός: ὁ σκώπτης. τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἄφρονος. Hesychius, Παλαιόρ: μωρός.

989. ὤνθρωπος] Libri ἄνθρωπος. Correxit Toupius Emend. vol. 1. p. 140.

990. πλαδδίῃ] πλαδδείῃ Δ. Voss. Conf. v. 171.

991. τοδί] Scholiasta, τὸ αἰδοῖον δείκνυσι. et ad αὕτη v. seq. idem, καὶ ὁ Ἀθηναῖος δείκνυσιν αὐτοῦ τὸ αἰδοῖον.

992. σκυτάλη] σκυτάλα R.

993. εἰδότα με] Præstat εἰδότ' ἐμὲ scribi cum Porsono.

995. πᾶα] Scholiasta, οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ παθῶν. Vid. Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 274. πᾶσα Δ.

996. Πελλάνας] Meretricem fuisse ait scholiasta. Quæ fortasse ipsius conjectura est.

997. ἐνέπεσεν] ἔπεσεν R. Aug. Junt.

998. ἀπὸ Πανός] Qui libidinosus est et ἐρωτικός. Conf. 912. BERG.

ἆρχε Hermannus de emend. rat. gramm. p. 46. Legebatur ἀρχά.

999. δ' ἄλλαι] Scribendum τἄλλαι cum Elmsleio. ἔπειτ' ἄλλαι Voss. ἔπειτα ἄλλαι Δ.

κατὰ R. Aug. Vulgo κατὰ τάν.

1000. ᾇπερ] αἵπερ R. Eadem scripturæ diversitas v. 84. et 1003.

ὑσπλαγίδος B.C.Δ. Voss. ὑσπλατίδος vel ὑσπλάτιδος R. Aug. Junt. Vide Pierson. ad Mœr. p. 376.

1001. ἀπήλαον] ἀπήλων Voss. ἀπήλασαν Δ.

1002. μογίομες] μογέομες B.Δ. Sic apud Plut. V. Alcib. c. 28. libri alii ἀπορίομες, alii ἀπορέομες.

1003. λυχνοφορίοντες] λυχνοφορέοντες B.Δ. "Solent autem "illi, qui lychnos gerunt in vento, se incurvare, ne exstinguan-"tur. Sic et isti incurvi incedunt, ne, nervo ipsis rigente et "prominente, derideantur, a quibus videntur. Hæc præeunte "scholiaste et Suida." BERG.

ἀποκεκύφαμες] ἀποκεκύφαμεν Suidas in h. v. Scribendum ἐπικεκύφαμες cum Reiskio.

1004. σιγῆν] Legebatur θιγῆν. σιγεῖν C. σίγειν B.Δ. Voss.

1005. ἐῶντι] ἐᾶντι Elmsleius ad Acharn. 913.

πρὶν ἅπαντες] πρίν γ' ἅπαντες B.C. Aug. Δ. Voss. Scribendum πρίν χ' ἅπαντες cum Elmsleio ad Acharn. 176. et Eurip. Med. p. 119.

1006. ποιησώμεσθα B. Vulgo ποιησόμεσθα, quod om. C.

1007. Huic versui præfixa persona in impressis Ἀθηναῖος. Recte in B. Πρόβουλος. BRUNCK.

1009. φράζε περὶ] φράσον περὶ τῶν B.Δ.

1010. ἀποπέμπειν C. Vat. Voss. πέμπειν B.Δ.R. Junt.

1013. πωτάομαι] ποτάομαι Voss.

παντᾶ Bentleius. Libri πάντα.

1014. ΓΕΡΟΝΤΩΝ] αὐ̃ R. hic et infra.

1016. σὺ addidit Bentleius.

1017. σοὶ βέβαιον ἔμ' ἔχειν φίλην] σὺ, βεβαίαν νῦν μ' ἔχειν φίλην vulgo. σὺ βεβαίαν μ' ἔχειν φίλην C. Voss. σὺ βεβαίαν μ' ἔχων φίλην R. Aug. Junt. σοι βεβαίαν μ' ἔχειν φίλην B.Δ.

1019. νυνὶ δ' οὔ σε Kusterus. νῦν δ' οὔ σε R. Aug. Junt. νῦν δ' οὖν οὔ σε B.C.Δ. Voss.

1020. ὁρῶ] Scribendum ὅρα cum Dobræo.

1025. κἂν] Scribendum cum Dobræo κεἴ: nisi κἂν pro κἂν εἴ dictum sit.

με μὴ Florens Christianus. Libri μή με.

'λύπεις Florens Christianus. λυπεῖς C. Vulgo λυπῇς.

κἂν B.C.Δ. Voss. γ' ἂν R. Aug. Junt.

τὸ θηρίον] Culex est, ut in sequentibus patet. BERG.

1027. δακτύλιος] ὁ δακτύλιος R. Aug. Junt.

δακτύλιος] Est quidem δακτύλιος *annulus*; sed hic alludit tantum ad verbum δάκνειν, quia culex δάκνει τὸν ὀφθαλμόν, ut ipse statim post dicit. Talia multa sunt apud comicum nostrum. Scholiastes non placet, qui dicit: δίδωσιν αὐτῇ δακτύλιον, ἵνα ἐξενέγκῃ τὴν ἐμπίδα τοῦ ὀφθαλμοῦ. BERG. Recte hæc interpretari scholiastam, ex proximis verbis ἐκσκάλευσον αὐτό, sine copula adjectis, apparet.

1028. ἐκσκάλευσον] ἐκσάλευσον R. Aug. Junt.

ἀφελοῦσα] ἐξελοῦσα B.Δ.

1030. δύσκολος Brunckius. δύσκολός γ' libri.

1032. Τρικορυσία] Pagus Atticæ Tricorythus, ubi apparet magnos fuisse culices. BERG.

1034. Hic desinit Voss.

1035. καίτοι Florens Christianus. Libri καίτοι γε.

1036. μὴ φιλήσῃς C.R. Aug. μὴ φίλησον Junt. οὐ φιλήσεις B.Δ.

1037. ὥρασ'] Scribebatur ὥρας. Vid. ad v. 391.

1039. οὔτε σὺν πανωλέθροισιν etc.] Exstant in eam sententiam

Susarionis veteris comici versus, in scholiis olim laudati, sed quorum particula tantum in iis hodie legitur. Eos adponam ex Bentleii dissertatione Phalaridea de origine comœdiæ:

Ἀκούετε λεώς· Σουσαρίων λέγει ταδὶ,
υἱὸς Φιλίνου Μεγαρόθεν Τριποδίσκιος.
κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.

BRUNCK. Strabo 14. p. 659. *ἐπαινοῦσι γοῦν τοῦτο τοῦ Ὑβρέου, ὅπερ δημηγορῶν ἐπὶ τελευτῆς εἶπεν, Εὐθύδημε, κακὸν εἶ τῆς πόλεως ἀναγκαῖον· οὔτε γὰρ μετὰ σοῦ δυνάμεθα ζῆν οὔτ' ἄνευ σοῦ.*

1040. Hæc cum sequentibus choro mulierum tribuebantur. Correctum ex R.

1044. *οὐδεέν* Aug. *οὐδὲ ἓν* B.C.R.Δ. *οὐδὲν* vulgo. Perrara sunt formæ trisyllabæ exempla apud veteris comœdiæ poetas, quæ Elmsleius collegit in censura Hecubæ a Porsono editæ in *Edinburgh Review* vol. 19. p. 76.

1053. *ὡς* (*ὡς* delevit Hermannus) *πόλλ' ἔσω 'στι* ex Florentis Christiani conjectura legitur. Editio Juntina et fortasse codices *πολλ' ἐσῶστιν.* *πολλὰ σᾶ 'στι* corrigebat Reisigius Conject. p. 317. recte, nisi totum hoc *ὡς πόλλ' ἔσω 'στὶ* supplementum grammatici est, lacunam explentis.

1054. *βαλάντια*] *βαλλάντια* R. Junt.

1057. *ἀποδῷ* B.C.Δ. *ἀποδιδῷ* R. Aug. Junt.

1060. *κἄστιν ἔτνος*] Scribendum *κἄστιν ἔτ' ἔτνος* cum Reisigio Conject. p. 114.

1062. *ὡς*] *ὥστε* B.C.Δ.

κρέ' Bentleius. Libri *κρέα.*

1063. *ἔδεσθ'* Reisigius in appendice ad Nubes p. 32. Legebatur *ἔξεσθ'.*

1066. *λελουμένους*] Similis invitationis formula Av. 131. BERG.

1071. *ὡς* Elmsleius. Libri *ἴσως δ'.*

ἡ θύρα κεκλείσεται] Præter exspectationem; jam enim omnes putabant, se laute cœnaturos: sed ecce janua erit clausa. Sic inferius quum omnes Lysistrata ad se vocasset, ut auferrent quæcunque vellent, ad extremum dicit: *ὄψεται δ' οὐδὲν σκοπῶν, εἰ μή τις ὑμῶν ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει.* et iterum paulo post: *πρὸς μέν τοι τὴν θύραν προαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν, ἀλλ' εὐλα-*

βεῖσθαι τὴν κύνα. Vide in Eccles. v. 1141. BERG. Scribendum κεκλήσεται.

1073. χοιροκομεῖον] Duplex fertur hujus vocis interpretatio. Vel enim est πάτταλος ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους τρέφουσι: vel πλεκτὸν ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τοὺς νέους ἔτρεφον χοίρους περιδήσαντες. Utramque e scholiaste habet Suidas. Prior placuit Biseto aliisque, argutias quærentibus in adlusione ad muliebre pudendum, quod etiam indigetatur nomine χοῖρος, et ad caudam salacem, quæ πάτταλος appellatur. Sed nugæ sunt. Si quos domi saginabant porcellos, eos paxillo adligabant, putasne paxillum illum tam diversum fuisse ab aliis, quibus in humum depactis quævis animalia adligari poterant, ut peculiari nomine insigniri debuerit? χοιροκομεῖον hic idem prorsus est, quod Vesp. 844. scilicet hara e vimine texta et plicatilis, qua, duabus extremitatibus ad parietem adnexis, circumsepiebatur spatium quoddam, intra quod conclusi saginabantur porcelli. Qui vocem hanc exponunt doctissimi grammatici Pollux et Hesychius *paxilli* nullam mentionem faciunt. Ille 10, 159. καὶ χοιροτροφεῖον δὲ, ἐν ᾧ χοῖροι τρέφονται, ὡς Εὔπολις καὶ Φρύνιχος ἐν Ποαστρίαις· τὸ δ' αὐτὸ καὶ χοιροκομεῖον ἐν Ἀριστοφάνους Λυσιστράτῃ. Hic, χοιροκομεῖον, λεπτόν τι πλεκτὸν, ὡς ὀρνιθοτροφεῖον. Istiusmodi quidpiam vas textile circa coxas habere videbantur Spartani legati, quia, ut ait Suidas, veniebant ἐγκεκολπωμένα τὰ ἱμάτια ἔχοντες, quæ verba male Kusterus accepit, scilicet prominente ex adversa parte vestis sinu, idque propter τὴν τοῦ αἰδοίου τάσιν. Verti itaque debuit: *adveniunt tanquam suile vimineum circa femora adligatum habentes.* Altera expositio ridiculum est grammaticorum commentum. Quidni etiam paxillos memorant singulis animalibus ligandis aptos, κυνοκομεῖον, ἀρνοκομεῖον, πωλοκομεῖον, ὀνοκομεῖον? Quidni ὀρνιθοκομεῖον *paxillum avi ligando aptum?* Anne nomen instrumenti domestici vilis et quotidiani usus modo *vas vimineum* significabit, modo *paxillum?* In Juntina et priore Basileensi male legitur ἔχοντας, ut in Aug. [et R.]. Mendam sustulerat jam prior Veneta. Bene Regii [et Δ.] ἔχοντες, quod Kusterus e Suida in χοιροκομεῖον reponere poterat. BRUNCK.

1074. πρῶτα μέν μοι χαίρετε] Elegans est lectio cod. Aug. [et R.]. Inepte vulgo μέντοι. Venustam habet ἔμφασιν istud μοι, quod abundare videtur. Sic supra 125. τί μοι μεταστρέ-

φεσθε; τί μοι μυᾶτε; 707. τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων; BRUNCK.

1076. *δεῖ*] *δή* R. Aug.

1080. *σέλει — ἐλσῶν* Vat. *θέλει — ἐλθὼν* R. Junt.

1081. *ἁμὶν* Brunckius. *ἁμῖν* vulgo.

1085. *ἀσκητικὸν*] Vide Kusterum ad Suidam hac voce. BRUNCK.

1088. *νόσῳ*] Scribendum *νόσος* cum Reisigio Conject. p. 180. Sic v. 1167. *ἕτερόν γ' ἀπαιτεῖτ' ἀντὶ τούτου χωρίον*, non *χωρίου*. In initio versus *αὔτη* malim quam *χαὔτη*.

1090. *δρῶντες*] Vid. ad v. 1165.

1094. *ἑρμοκοπιδῶν*] Mutilationem Hermarum sive statuarum Mercurii, quæ nota est vel ex Cornelio Nepote in Alcibiade, contigisse quatuor annis ante tempus hujus comœdiæ dicit scholiastes. Sciendum autem est Mercurium effingi solitum cum magno et arrecto pene. Scholiastes hic in Lysistrata ad v. 1081: *ὁ Ἑρμῆς Πριαπῶδες ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ ἐντέταται μεγάλως.* Notum autem est Priapo luculentam fuisse mentulam. Herodotus in Euterpe de statuis Mercurii: *τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασιν, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες.* Dicit ergo apud comicum hic chorus Spartanis magnas mentulas habentibus, ut sibi caveant ab illis, qui Mercurialibus statuis omnes partes eminentes detruncaverant, ne forte et ipsis mentulæ detruncentur; quia nempe haberi possint pro Mercurii statuis; ac proinde verendum esse, ne idem etiam patiantur. BERG. Alludit ad notissimam in historia Attica Hermarum mutilationem, de qua videndus Thucydides 6, 27. et ad eum Dukerus. BRUNCK.

1096. *γε*] Scribendum *γα* cum Reisigio Conject. p. 253.

τὸ ἔσθος] *τόδ' ἔσθος* Bentleius, non animadverso digammi usu, de quo satis constat exemplis Homericis. Frequens hujus literæ usus fuit in Epicharmi poesi.

ἀμβαλώμεθα Brunckius. Libri *ἐμβαλώμεθα.*

1098. — 1236. om. B.C.Δ. In C. quinque paginæ vacuæ.

1098. *πολυχαρίδα* non intelligitur quomodo *ι* producto dici potuerit. Scribendum igitur cum Bentleio *πουλυχαρίδα* hic et v. 1242.

δεινά τἂν ἐπεπόνθεμες Elmsleius ad Acharn 323. Legebatur *δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες.*

1099. εἶδον Brunckius. Libri ἴδον.

ἀμὲ τὤνδρες Elmsleius ad Acharn. 755. Legebatur ἀμὲς ἄνδρες.

ἀναπεφλασμένως] ἀναπεφασμένως R. Junt. Correctum in editione Farrei.

1105. τὸν Λυσίστρατον] Non tam ad personam respicit, quam ad significationem vocis. Cupiunt enim habere, qui contentiones inter Græcos et bella dissolvat. Idem animadvertendum de nomine Lysistratæ. BERG.

1109. Excidit librarii culpa nomen aliquod adjectivum: nam versus toto pede mutilus est. BRUNCK.

1113. μὴ 'κπεφωμένους R. Legebatur μὴ πεφωμένους.

1114. ἡ Διαλλαγή] Per prosopopœiam introducit Diallagen i.e. Pacem. Sic in Acharn. v. 986. et seqq. quidam alloquitur τὴν διαλλαγὴν tanquam puellam formosam et amabilem. Et in Equit. 1383. τὰς σπονδὰς, qua voce etiam pax significatur: δεῦρ' ἴθ' αἱ σπονδαί. BERG.

1117. ἄνδρες] Libri ἄνδρες.

1119. σάθης] Hesychius, σάθη: τὰ ἀνδρεῖα ἀναγκαῖα. Ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK.

1124. νοῦς] μοῦσα Suidas in μουσωθῆναι, per errorem ex μεμούσωμαι ortum v. 1127.

1125. αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω] Versum ex Melanippa Euripidis sumptum esse ait scholiasta: nisi annotatio ejus ad præcedentem potius versum est referenda vel ad sequentia verba, quæ ipsa quoque sermonis tragici similitudinem habent.

1129. γε Bothius. τε libri et Suidas in χέρνιβος. τ' ἐκ Reiskius. ἐκ Brunckius.

χέρνιβος] χερνίβος R.

1130. βωμοὺς περιρραίνοντες, ὥσπερ ξυγγενεῖς] Scholiasta, ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ 'Ερεχθέως (Euripidis).

1133. στρατεύμασιν Reiskius. Libri στρατεύματι.

1135. δεῦρ' ἀεὶ] De formula δεῦρ' ἀεί, significante ἕως τοῦ δεῦρο, vide Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 413. BRUNCK. Et Porson. ad Orest. 1679.

1138. Περικλείδας] In Aug. Περικλείδησα. Emendationem in veteri exemplari adscriptam male accepit librarius: α pro η reponi debuit, Περικλείδας, quæ Laconica nominis est forma. Plutarchus in Cimone p. 489.: πέμπουσιν οὖν οἱ Λακεδαιμόνιοι

Περικλείδαν εἰς Ἀθήνας, δεόμενοι βοηθεῖν, ὅν φησι κωμῳδῶν Ἀριστοφάνης, καθεζόμενον ἐπὶ τοῖς βωμοῖς ὠχρὸν ἐν φοινικίδι στρατιὰν ἀπαιτεῖν. BRUNCK.

1141. Μεσσήνη] Apparet ex hoc versu, vitiosam esse quam librarii alibi non raro intulerunt scripturam Μεσήνη.

ἡ Μεσσήνη] Id est, ipsi Messenii. Sunt autem Hilotes, qui rebellarunt contra Lacedæmonios, et in Ithomen se receperunt, ubi eos diu frustra oppugnarunt Lacedæmonii cum sociis. Vide Thucydidem 1, 101. et Plutarchum in Cimone. BERG.

1142. χὼ θεὸς σείων ἅμα] Eodem tempore ingenti terræ motu Sparta est concussa, cujus aliquoties meminit Thucydides. Intelligitur autem per θεὸν Neptunus, quem causam putabant terræ motuum. In Acharn, 509. *καὐτὸς ὁ Ποσειδῶν, οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.* BERG.

1144. Κίμων] Thucydides 1, 102. *Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους, καὶ Ἀθηναίους. οἱ δ' ἦλθον Κίμωνος στρατηγοῦντος πλήθει οὐκ ὀλίγῳ.* Ceterum ut hic Lysistrata in memoriam revocat Lacedæmoniis hoc Atheniensium beneficium, ita apud Thucydidem libro 3, 54. Platæenses, qui eodem illo tempore opem tulerant Lacedæmoniis, illius beneficii memores eos esse jubent. BERG.

